THESAURI, MEDICINÆ PRACTICÆ, BREVIARIUM;

Cum Indice Remediorum, quæ inibi continentur:

AUTHORE,
THOMA BURNETO,
Equite Aurato, &
SERENISSIMÆ REGINÆ,
Medico Primario.

EDINBURGI,
Typis GEORGII MOSMAN, Bibliopolæ.
Anno Dom. M. DCC. III.



MVSEVM
BRITAN
NICVM

PRÆFATIO, AD LECTOREM.

Lector Benevole,

TRigintà jam sunt anni, ex quo Thesaurus meus Medicinæ Practicæ, primùm lucem publicam aspexit; tam benigne apud exteros, præter expectationem, ubique receptus fuit, ut tres aliæ Editiones primam, quæ Londini prodiit, subsecutæ sunt: quarum ultima, pluribus observationibus à nobis additis, reliquis multum auctior existit. Nunc ut audio per totam fere Europam in magno pretio habetur. Celeberrimus Malpigius, quoad vixit, tanti fecit, ut semper illum præ manibus haberet, & per Conterraneum meum mihi probe cognitum, salutem mihi plurimam

optavit, & pro Thesauro *gratias egit. Mihi multum gratulor, sed multo magis laudandus Deus* ter Optimus Maximus, *si nostri hi labores, in ægrotantium solatium, & proximi commodum, aliquatenus inservire poterunt. Cum autem hoc tempore multum otii haberem, cepi de* Thesauro abbreviando *serio cogitare. Quartam igitur editionem quæ anno* 1698. Genevæ *in* 4to. *prodiit, in manus assumpsi, semel vel bis totum perlegi, & quæ mihi magis utilia & proficua videbantur excripsi, & tandem in brevem Epitomen omnia redegi, sub titulo* Breviarii Medicinæ Practicæ. *Sperare licet, hunc nostrum laborem Medicis non inutilem futurum, non solum senioribus, tanquam magnum memoriæ subsidium, sed junioribus præcipue, ubi paucis pagellis videre poterunt, quicquid in Praxi Medica exercenda necessarium videbitur. Vale & fave.*

THE-

THESAURI
Medicinæ Practicæ
BREVIARIUM.

Contra Abortum.

Enæ sectio, sæpe necessaria est, licet Hipocratis Auctoritati sit contraria cum nostro tempore dieta alia sit quam olim fuerat, & experientia testetur sæpe multos Gravidarum morbos venæ sectionem postulare, & ferre ab illis sine incommodo. Aliqui ad sangui-

nem sistendum prædicant pulverem Ranæ ustæ in olla recenti in sacculo de collo suspensum. Contra abortum utilis est hic pulvis mane sumptus in ovo sorbili.

Recipe Rad. bistortæ scrup. 1. gran. chermes sem. plantag. portulac. an. drach. ß. Coriandri præp. scrup. 11. sacch, ad pondus omnium ff. pulvis.

Detur quandoque pulvis corallii rubri ad Drach. 1. in ovo sorbili, quod remedium licet vulgare sit, ad hoc tamen officium efficacissimum est. *pag.* 4 Editionis Genevensis in 4to pag. 6. Utatur tabulis quæ mire ad abortum præcavendum sunt utiles, capiendo unam, alternis, vel ternis diebus mane.

Recipe sem. coriandri præp. Drach. 11. rad. bistort. ras. ebor. corall. rubri an. drach. 1. succin. scrup. 1. cocci infector. scrup. ß. sacch. in aqua ros. dissolut. unc 4 ff. tabulæ ponder. unc 1. lapides æriles, Lazuli Jaspis brachiis alligati proprietate juvare creduntur, caveat cum uterum gestat a nimio motu, tussi, sternutatione ab aromatibus nimiis & vino generoso pag. 5ta, ejusdem editionis.

Valde efficax est sequens opiata.

Re-

Recipe Conserv. ros. unc. 2. cortic. citri condit drach. 6. pulp. dactyl. mirabalanorum condit. an unc. ß Corall. præp. margar. præp. & rasi ebor. an. drach. 1. cum syr. cydon ß. opiata, de qua capiat frequenter magnitudinem castaneæ, quam primum dolores & tormina apparuerint in ventris fundo versus pubem in lumbis & osse sacro eorum sedationi incumbendum est. Si ob crudi-tates & flatus excitentur, applicetur placenta rolacea frixa in artagine cum vino generoso & pulvere nucum moich. & coriandri conspersa, pag 61a, ejusdem editionis.

Cingulum ex corio equi marini gestatum ab abortu præservat. pag. 7.

Abortus causa in solita chordæ umbilicalis summa brevitas, pag 8.

Fluxus sanguinis ante partum, nisi fœtu excluso nunquam cessat. pag. 9 & 751

Pro Achoribus.

Purgato decenter corpore ad lotionem sequentem devenimus.

Recipe Fol. fum. scabios. caul. rubr. betæ. heder. arbor. malv. ras. lign. gualac. an. m. ß. rad. enul. chelidon. althææ. an unc. 1. fl. chamem, furfur an. p. ij.

farini fabar. lupinor. an. unc. 1. ff. coq. inaqua ad lib. 4. Postea sequenti unguento caput inunximus.

Recipe Lithargyri auri & argenti cum aceto acerrimo & Ol. rosato nutriti unc. 2. ceruſſæ ablutæ cum aqua solani drach. 1. alumin. roch. combustæ drach. ff. fuligin. furni. rad. enulæ exsicc. & in pulverem tritæ vel combustæ chartæ exustæ, an. scrup. 2. ol. vitell. ovor. axungiæ porcinæ, gallin. an. unc. ff. ol. laurin. ros. & aceti exigui, q. s. incorporentur in mortario, s. a. ut in formam unguenti mollioris coeant. Illud unguentum est apud me magni pretii: cui tandem adjunximus argenti vivi cum saliva extincti drach. 1 vitrioli romani calcinati scrup. 1. & sic curatus est puer. pag. undecima Albuginis remedia petantur pag. 17. & 18.

De alvi adstrictione.

Henricus ab *Heers* narrat de generoso quodam cui contigit per 20. annos perpetua alvi adstrictio pag. 21.

Medicamentum jucundum & facillimum hic inferere volui quo alvi pigriores benigne excitantur. Torreatur mi-

ne

ca panis, oleo olivarum irroretur & mane deglutiatur, & videbis effectum, si bis vel ter idem facias. pag. 23.

Ad alvi fluxum cholericum.

Clysterem hunc mirabilem injiciendum curavi.

Recipe ros. rubr. *m.* i. coqu. in jusculo capitis & pedum vervecis in colaturæ lib. 1. dissolv. theriac. drach. 2. vitell. ov. no. 1. ff. clyster quo convaluit, pag. 25.

Pro Amaurosi.

Paretur vinum hoc euphragiatum visioni convenientissimum de quo nonnunquam haustum in mensæ principio vel mane bibat jejunus, sicenim ejus vis per vapores cum vino rectius ad caput ascendit.

Recipe fol. euphrag. sicc. unc. 1. rad. fœnic. unc. 2. folior caryophyllatæ drach. 6. betonic verben. majoran. an. unc. ſſ. fl. roriſmar. drach. 2. sem. fœnic. unc. ſſ. granorum juniperi unc. 1. incidantur, & in doliolo collocentur affunde vini albi generosi mensuras 10. vel 12. serventur ad usum, poterit cina-

namomum ad gratiam addi. Pulverem sequentem noctu cubitum iturus præcedenti levi cœna sumat ad cochl. 1.

Recipe. sem. coriandr. præp. drach. 2. sem. fœnic. anisi. an. drach. 1. Carvi, sileris montani an. drach. ss. sinapi scrup. 1 folior euphragiæ, majoranæ an. drach. ss. cinnam. drach. 2. Macaris drach. ss. caryophill. scrup. 1. sacch. ros. tabellat. unc. 2. ft. pulvis subtilissimus.

Sal in mensa habeat ad manum, quo ova recentia vel etiam alios cibos quandoque saliat.

Recipe sal. puri unc. 2. sem. carvi. drach. 1. fol. euphragiæ marjorani an. scrup. 1. nuc. mosch. drach. ss. m. ft. pulvis pag: 27.

Abstinentia a cibo fere totalis per annum continuata amaurosin curavit in muliere quadam, raparum usus in cibo acutiores reddit oculos. passerum & columbarum esus vilum mirifice tuetur. pag. 28.

Decoctum fol. cydon. in amauros, mire prodest. in aqua c quantur cydon. folia & eo decocto sæpe oculi laventur mirum quam illos preservant pag. 31.

Pro

Pro Ambuſtione.

Recipe Lauri folia ſuper quæ porcinam pinguedinem ignitam de alto cadere facies quouſque folia in cinerem vertantur: eo vero cinere pingued ne obvoluto, & in unguenti formam reducto combuſtam particulam inunge bis in die, & eam intra tres dies ſanam reddes. Unguentum populeum ad idem valet. optimum auxilium eſt lutum quamprimum impoſitum, dolorem mitigat, cruciatum lenit, & cutem tuetur pag. 33.

Succus cæpe multum confert ambuſtionibus ait *Elideus, Forreſto* referente folia hæderæ arboreæ. applicant mulieres Delphenſes in famulis cereviſia riorum cocta in aqua, & ſic eos curant, quando ab igne vel aqua calente, quod ſæpe fit aduſti ſunt pag. 34. legatur ſubſectio 3*tia*. pag. 35.

Pro Angina.

Sanguine extracto & clyſtere injecto hoc gargariſma præſcripſi.

Recipe fol. plantag. bellid. min. an. m. i fl. roſ rubr. p. 1 balauſt. drach. 1. hord. comm. p. 1. in lib. 11. aquæ

ff.

ff. decoctio ad lib. 1. cui adde aq. plantag. lib. i. aq. scabos. unc. 3. sem. lini. fænugræc. malv. an. drach. 1. gallam unam crasso modo contusam, nidum hirundinis cum plumis incisum semel bulliant, & ff. levis colatura. cui adde diamor. dianuc. an. unc. 1. ff. melros. colat. ff. unc. m. eo plurimum delectabatur cum se levamen inde sentire faceretur pag. 40.

Præstantissimum est hoc cataplasma quo in quodam Angina præfocativa correpto, 2*do.* 3*tiove* die sum usus, a quo secuta est fumoris suppuratio, respirandi & deglutiendi facilitas & ab eo æger mirifice se levari sentiebat.

Recipe Nidorum hirundinum cum toto nempe stramine & stercore hirund. n. 2. bulliant in oleo chamem & lilior, pistentur & setaceo cribro transmittantur add. stercora canis ossa comedentis drach. 2 OEsypi humidi unc. 1. ol. liliorum q. s. ff. Puls in modum cataplasmatis, & loco affecto calide admoveatur, est in hoc casu præsentaneum remedium. pag. 44.

Quidam candela cerea in guttur dimissa abscessum rumpunt, ut fecit Amatus

ſus in quodam anginoſo tentandi cauſa unde repente pus effluere cœpit per os, & æger liberatus, cum Medici eum pro deplorato reliquerint. pag. 46.

Summis laudibus ad Anginam commendatur filum purpureum, quo viperæ ſtrangulantur, collo circumliganda; ſunt ejuſmodi intorta fila. pag. 47.

Juvenis quidam Angina laborabat ita vehementi, ut nec loqui nec deglutire poterat: Reſpiratio tamen integra manebat, Injecto Clyſtere, ſanguinem mitti jubeo, ad unc. 10. Poſtea, Veſicatorium poſteriori cervici admovetur: Cucurbitulæ ſcapulis admoventur, cum ſcarificatione: Et 4 a venæ ſectione horis exhibebantur aquæ benedict. unc. 2. quibus purgatus eſt per Vomitum & Alvum, & inde loqui ac deglutire cœpit: ac paulo poſt integre convaluit. pag. 47.

In deſperata Angina, Laryngotomia videtur celebranda. Hanc praxin, propria experientia feliciter confirmatam vidit *Nicolaus Fontanus*. pag. 47. & 48.

Oleum Amygdal. d. rec. expreſſum, & ſacchari candi aliquid cum pulvere

dentis apri præsentissimum in Angina & Pluritide Remedium. pag. 48

Agarici proficuus usus in Angina, pag. 48.

Pro Ani Condylomatibus.

Condylomata, omnisque generis verrucas, ficus marilcas & mora ani, tollunt cineres stercoris murium, cum vino cocti, & applicati. Idem faciunt Conchylia, juxta fluminum littora, reperta, oblonga, calcinata, & cum vino cocta, & applicata. pag. 52.

Pro Ani Intertrigine.

Quibus, ex equitatione, Ani intertrigines contingunt, argentina herba contusa commode apponitur. Alii sebacea candela, ad ignem leviter calefacta, intertrigines inungunt. pag. 51.

Pro Aphthis.

In puerulis, Aphthis laborantibus, nihil est quod tam præsentaneam afferat opem, quam Oleum Raparum, cum tantillo sacchari. pag. 56.

Pro Apoplexia.

Addam descriptionem aquæ vitæ, contra

contra Apoplexiam, Paralysin, Epilepsiam, reliquosque capitis morbos frigidos, quibus Palatini Comites Electores uti consueverunt.

Recipe Fol. lil. convall. m. 8. vini generosi albi lib. 4. post 4. vel 5 dierum infusionem, in vitrea boccia, & quotidianam agitationem, distillentur in Balneo M. Deinde Recipe fl. Stæchad. arab. m. 1. fl. Lavendul. m. 1 ss. fl. roris marini m. 1. caryophill. nuc. mosch. ana. drach. 2 ff cubeb. drach. 2. visc. q. drach 3. ff. rad, pæon. unc ſ. rad. dictamni albi drach. 3, tundantur radices, & cætera conscindantur, & commisceantur suprascriptæ aquæ distillatæ, quæ rursus indita in vitream bocciam, per dies 7. ad solem, & sæpius agitata, deinde distillentur in Balneo. M. & servetur aqua diligenter. pag. 59.

Spiritus salis dulcis magnæ est Efficaciæ, in Apoplexia, sæpius in vino potuve assueto, ad guttas 10 vel 15, assumptus. Ad idem confert spiritus salis armoniaci, cum aqua serpilli & Lavendulæ distillatæ assumptus. pag. 63.

Pro

Pro Apum Ictu.

Ab Apum aculeo ictus in cute extrema indicis, cum intolerabili cruciabar dolore, Authoritate Dioscoridis inductus, Accepi folia viridia Lauri, & fortiter, cum pistillo ligneo, in mortario lapideo contudi; & emplastri modo, hora nona ante meridiem loco affecto apposui; & sensi statim attractionem vehementem, ita ut, ante prandium, magnus ille dolor, magna ex parte cessaverit. Post meridiem, nullum vestigium doloris relictum est in digito. Hora tertia pomeridiana, Emplastrum cum amoverim, vidi aculeum prorsus extractum, & sic sanatus sum, pag: 65. Emplastrum Vesicatorium ad idem valet, pag: 66.

Pro Appetentia Canina.

Vitelli ovorum indurati, sæpius comesti, a specifica proprietate, caninam appetentiam curant. ambra grisea, ad gut. 5. vel 6. cum ovo sorbilli sumpta, huic affectui medetur; ut & jusculæ pinguiora. pag. 67.

Pro

Pro Arthritide.

Electuarium Caryocoſtium mirabile eſt in Arthritide, dolores ſubito ſolvens, ſine moleſtia; ignitum calorem extinguens: & contemperans, in tantum, membra patientis, ut, a ſella, redeat, ad locum proprium, ſine alterius auxilio; ut, in meipſo, expertus ſum. Doſis unc. ſ. pag. 73.

Quidam graviſſimos dolores articulares, & podagricos, ſæpiſſime levabat, caulibus rubris, apud ignem, calefactis & locis affectis impoſitis. Butyro recenti, aut mayali, caules primo oblinebat. Decoctum cereviſiæ, in quo rad. lappæ. incocta erat, epotum, ab Arthritide, liberat: plurimum mingere facit lotium album inſtar lactis. Nobilis quidam nullum præſtantius experimentum teſtabatur, doloribus podagricis, quam pinguedinem Erinacei inunctam. pag. 75.

Arthriticis, utiliſſimus eſt lactis potus; qui, ab aliquot annis, revocatus eſt in uſum, a Medicis *Pariſienſibus*. Sed magis proderit, ſi ſolo lactis uſu æger nutriatur. pag. 77.

Dor-

Dorinius, medicus celebris, propria morbi calamitate coactus, sequentes pilulas præservativas invenit, quas per 30. dies singulo trimestri pondere drach. ß. sumit, & ab insultibus Arthriticis, quos antea passus est, seipsum præservat, quæ ita se habent.

Recipe pulv. Chamæpit. chamædr. veræ an. drach. 2. Cent. min. rad. Aristol. och. rot. rhapontici veri. gentian. sem. hyperic. cran human. præp. an. drach. 1. ß. rad. cichor. tantal. rubr an drach. 1. Incorporentur cum s. q. succi chamæpit. addendo nonnihil Terebinthinæ Cypriæ, pro meliore unione, f. pilulæ. pag 78.

Ego hic fæliciter uti soleo Emplastro diachalcitide simplici. hoc illitum supra alutam applico juncturis affectis; Testorque hic Genuenses esse prædivites mercatores, quibus alias cum solet esse res cum Podagra, jam se, hujus usu, integrum quinquennium immunes reddiderunt. pag. 79.

Timor repentinus Arthritidem curans; Ut ex historia sequenti patebit. Obvolvuntur cuidam Arthritico, manus & pedes, Cataplasmate, ex Rapis, Simila, &

& lacte, parato; Reponitur, in ſella, in conclavi inferiori: Abeunt domeſtici. Sus autem quædam, foribus non clauſis, ædes ingreditur; hinc hypocauſtum; & olfaciens pultem, ægrum aggreditur, conatur pultem vorare. & cum proſtrernit, cum ſella, in pavimentum. Hic dum ſe, a ſue, defendere nequit, diu multumque domeſticos inclamat; qui tandem recurrunt, & ſuem abigunt. Eo vero die, dolores imminiuntur, decipſque paulatim, donec proſus ceſſarent, neque unquam redirent. pag. 83.

Vivæ Ranæ, in butyro infuſo, coctæ, optimum remedium, in Arthritide. hoc illinat ſe. Uſum Betonicæ ſibi faciat familiarem; ſingularem enim proprietatem habet, in Arthritide, ad ipſius ſymptomata mitiora reddenda. Diverſis modis, Betonica uti poterit; primo, foliis adhuc tenellis, in acetariis; & cum juſculis & carne coctis. Item conſerva ipſius, aut etiam extracto. *Bernerus* quidam generoſus exſiccatam Betonicam, in pulverem redactam; eoque pulvere ſaccharo permixto, ad drach. 1. vel drach. 1 ſſ, utitur cum fructu. pag. 83. 84.

Pix

Pix Norvegica feliciter arthritidem curat. pag. 84.

Carcer, & victus parcissimus, quendam, ab arthritide, curavit. pag 85.

Emplastrum diachalcit. maximo in usu est, in hunc modum.

Recipe Empl. diachalcit. vino rubro austero soluti, & ad vini consumptionem cocti. lib. 1. myrtill. ros. rub. mastich. tartari vini rubri pulver. an. drach. 2. Chamæpit. & Chamæmel. odorati veri pulver. an. drach. ss. ff. empl. applicandum, ubi tumor valde imminutus fuerit. pag. 87.

Pro arthritide, vaga, Scorbutica.

Curatur hic morbus, in *Westphalia* per lumbricos, Ejus alexipharmacum, hoc modo.

Recipe 9. Lumbricos, in mortario contusos, cum 2. cochl. vini per pannum expressos. His addatur dimidia vini mensura: sumantur cochl. 3. mane meridie, & vespere. Medicus *Campensis*, apud *Forrestum*, præmissa conveniente evacuatione, hanc potionem proponit.

Recipe rad. succis. unc. 1. aristol. rot. drach. 3. fol. salviæ, Beton. an. m. 1. ab-

abrotan. rutæ. vinc. pervinc. ſabinæ an. p. i, coq. in aq. fluminis, ad mec cum hujus decocti unc. 4. Trajiciantur lumbrici terreſtres, circulis in collo inſigniti, vino prius abluti, & triti. no. 5, deinde, admiſce Theriacæ drach. ſſ. pulv. cinnam. drach. 1. ſacch. q. v, exhibe mane calide ad ſudorem per aliquot dies. In hoc affectu aqua lumbric. magiſtralis, in pharmacopœia *Londinenſi* præſcripta, egregie convenit. quin ſpiritum & ſalem c. cervi, ſpiritum ſanguinis, ſalis Armoniaci, cum bono ſucceſſu, ſæpius adhibui. pag. 90.

Pro Aſthmate.

Aſthmaticis extremis, Vomitorium ſatis validum ſuccurrit. *Recipe* aquæ benedictæ unc. 1. f. potio quæ paucis horis ex toto contumax cujuſdam ſenis aſthma removit, & ſanitatem ipſi reddidit; licet octogenarius eſſet. pag. 94.

Recipe Aquæ cinnamom. unc. 2. oxymel. ſcilit. unc. 2. M. utatur frequenter, ex cochleari. pag. 99.

Pro Aſthmate, nunquam fallibile remedium habetur potio ſequens.

Recipe Armoniac. drach. 1. ſſ. aq.

hyssop. unc. 4. vini Rhenani unc. 2 m. ut decet. Tanta efficacia, a suffocatione, liberat, ut præclarius Remedium non viderim.

Quidam difficulter spirabat, anhelosus erat, macruerat, omnes accusabant pulmones. aperto cadavere, nil memorabile in pulmone repertum est. Cor, (quod admirabile est) majusculi capitis magnitudinem adæquabat. pag. 101.

Pro Atrophia.

Passul. usus, in Atrophia, proficuus; in hunc modum præparantur.

Recipe passul. exacin. in aq. bugloss. borrag. & vino albo infus. lib. 1. siccentur; deinde disponantur in vase vitreato sinapizando sacch. pulver. & utatur iis frequenter. pag. 104.

Pro Calculo.

Ad præservandum, a Calculo, & podagra, sit familiaris Rhei usus, toto anno; ita ut saltem ter in mense assumat ex eo, ad scrup. 2. vel drach. 1. Assiduus etiam usus sacchari rosati, in præservandi ratione, præ cæteris omnibus, mihi summopere probatur. Vix enim

enim quicquam magis ſalutare, a nobis excogitari poteſt; & quod, ſine ullo nocumento, omnes Corporis partes juvet: præcipue autem Renes. pag. 119.

Decoctum *Forreſti*, pro calculo renum, optimum remedium; quod ita fit.

Recipe ſem. malv. alth. an. drach. III. cicer. rubror. unc. III. caric. ping. no. 9. ſebeſten no. 8. ſem. 4. frigid. maj. an. drach. 2. hord. mund. unc. 1. liquirit ral. drach. 6. m. f. decoctio in aq. pluviali. lib. 4. ad medias. colatura utatur, ad libitum. poſt cujus uſum minxit, & lapillos multos ejecit, perfectamque valetudinem conſequuta eſt mulier. pag. 123. & 986.

Oculi cancrorum urinam provocant, in calculo renum. pag. 123.

Uſus nucum avellanarum perpurgatarum continuus no. 9. vel 10. Ante prandium vel cœnam, calculoſos, diu ita affectos, liberare ſolet. pag. 125. & 701.

Conſiliarius quidam, miſere, longum tempus, calculi dolore, vexatus, uſus tandem cereviſia, cui dauci ſemen incoctum eſt, liber a calculo, per aliquot annos vixit. pag. 134.

In omnimoda urinæ, a calculo, suppressione, testæ ovorum calcinatæ, ad scrupul. 2. vel drach. 1. assumptæ, omnia medicamenta præcedunt. Cochinilla, in vino Rhenano, assumpta, suave est Medicamentum, in hoc morbo, sed magnæ efficaciæ. pag. 136.

Aqua Persicariæ distillata quendam, vesicæ calculo laborantem, ad integram sanitatem perduxit; de ea haustum, singulis matutinis, exhibendo. pag. 142.

Pharmacum Jesuitæ, ad frangendum calculum vesicæ, ita se habet.

Recipe pulv. millipedum præp. drach. 1. ad summum scrup. IV. aq. vitæ unc. ss. juris cicer. rubr. unc. IX. vel X. calidum capiat 5. horis. ante prandium. Enemate utebatur emolliente, ante potum medicamenti. Effectus medicamenti fuit: Horarum duarum spatio, totum corpus incalescebat, angustiebatur ægrotus, sitiebat, ac fere loco stare non poterat, aliquando circa pubem dolores urgebant; urinæ hora 5ta. cœperunt crassiores reddi, sed non multæ. Secundo die a pharmaco, contingebant eadem; sed urinæ copiosiores, & crassiores. 3tio. sabulum apparuit multum

multum, ſeptimo tandem, adeo plenæ ſabulo viſæ ſunt; ut recte quis diceret, eas nihil eſſe, quam ſabulum, aqua diſſolutum: Omnia, in meliorem ſtatum, redigebantur. Ita ut qui proxime incidi debebat, liber ab omni malo, nono fuerit die. Et adhuc vivit, ab hoc morbo, Dei Benignitate, liber. Pag. 143.

Liquorem, e cortice, vulneratæ betulæ, contra *Lithiaſin* Principes *Germaniæ* quotannis bibunt, Menſe *Maio*. Pag. 145

Pro Cancro *Mammæ*

Fonticuli, in utroque crure, excitatis erunt maximi uſus. Solo bonæ vitæ regimine, abſque ulla topicorum applicatione, Cancros in Mammis habentes, per longum tempus, vivere ſolent; ita incolumiter, proſpere, & ſane, ac ſi nullum paterentur morbum. Pag. 149.

Unguentum Diapompholigos, in cancro ulcerato, maxime confert; & a *Galeno* multum commendatur. Pag. 152.

Pulvis *Antonii Fuſhii Itali*, quo, multos cancros ulceratos, non ſine admiratione, curavit, ita ſe habet. Sed, ſi ſapis, ne utaris.

Recipe Arsenic. alb. subtil. pulver. part. 1. rad. ari pulveratæ pt. IV. fuliginis parum. Utque in trium horum mistione, pulvis modice cinereus, vulgo griseus, fiat. Pag. 153. & 154.

Nobili cuidam mulieri, tota pars faciei dextra, cancro ulcerato, obsessa fuit diutissime. A Medicis, frustra petitis remediis, vulgaris cujusdam barbitonsoris remedio, hoc sequenti, & euporisto, persanata fuit. Pullos illa gallinaceos, in partes tenues, & latas, concidebat; quas sæpiuscule commutando, interdiu admovebat parti affectæ. Ab unico hoc, & præstanti, remedio, pristinam valetudinem recuperavit. Pag. 155. Ad idem, valet caro pullorum columbinorum. *Ibid.*

Non contemnendum Remedium cancris, non ulceratis, venit, ex lamina plumbea, argento vivo, oblita. Pag. 157.

Pro Canis rabidi morsu.

In officina parabatur pulvis alexipharmacus, contra rabiem caninam; quem ita describit *Palmarius*.

Recipe fol. rutæ, Verbenæ, Salviæ, Min. plantag. polypod. absinth. vulg. artemis. melissophyl. beton. hyperic. cent. min.

min. an. q. ſ. legantur omnia, ubi ſunt efficaciſſima. Siccentur in umbra. Hujus pulveris externus & internus uſus fuit.

Nuper cujusdam militantis in Pretorio mater vidit in quiete, ut radicem ſylveſtris roſæ. quam cynorrhodon vocant, blanditam ſibi aſpectu pridie in fruticeto mitteret filio bibendam. In *Lacetania* res gerebatur, *Hiſpaniæ* proxima parte, caſuque accidit, ut milite a morſu canis incipiente aquas expaveſcere. ſuperveniret epiſtola, orantis ut pareret religioni, ſervatuſque eſt ex inſperato, & poſtea quiſquis auxilium ſimile tentavit. *Plinius* Nat. Hiſt. lib. 25. Cap. 2. Pag. 162.

Baldus, eximius ille Juriſconſultus, a caniculo ſuo in labiis morſus, neglecto morſu, poſt 4. menſes, rabidus periit. Pag. 163.

De Canis rabidi morſu, & Saliva.

Honeſtæ cuidam mulieri, ad forum euntí, canis rabidus obviam venit, illiuſque pedes furenter petit, ipſa, ut hoc periculum evitet, inclinat ſeſe, & genua

paul-

paululum flectit: Unde canis vestem, & quidem hujus potissimum fimbriam mordicus arripere, aliquantum latrare, & statim aufugere cœpit. Quo facto, fœmina, adhuc perterita, hæret primo, an canis rabidus fuerit? Recollecta autem de rabide ejus suspicatur, cum ipsi antea familiaris admodum, imo domesticus fere extitisset. Domum igitur se confert, subque tecto laceram Vestem ligno suspendit. Postquam vero 4ta. die repetit, atque resarcire cogitat. Res mira. Vermes capite catulis prorsus similes, iis in fimbriæ locis, quibus canis dentes infixerat, enatos reperit: eosque ceu miraculum novum, vicinis quibusdam convocatis, conspiciendos præbet. Pag. 163.

Matronæ cuidam obviam venit canis rabiosus, qui, vestem ejus dentibus arripiens, huc & illuc trahebat; donec tandem, veste lacerata, cute tamem mulieris illæsa & intacta, canis aufugit. Illa vero, nescia canem rabiosum fuisse, laceratam vestem, filo dentibus abscisso, resarcire cœpit: Unde nullum quidem per 3. Menses, sensit incommodum. Postea vero melancholica facta, imaginationibus, visionibus horribilibus, & pavoribus

voribus, agitari coepit; & paulo poſt aquam & vinum odiſſe: &, quod pejus eſt, inſtar canum, latrare. domeſticos non agnoſcere, dentibus arripere: donec tandem in ea miſeria, animam efflaret. pag. 163.

Pro Capitis dolore.

Unguentum Alabaſtrinum valet, in omni dolore capitis. Reſolvit mirabiliter omnes contuſiones. Valet etiam ad dentium dolores. pag. 168. Plantaginis radix, collo ſuſpenſa, capitis dolorem mirifice tollit. *ibidem.*

Verbena viridis, aliquo modo trita, & collo ſuſpenſa, miraculi inſtar, curat capitis dolorem.

Vinum Emeticum, in doloribus capitis quibuſcunque, multum prodeſt. pag. 170.

Sanguinis miſſio, ex Saphena, Nobilem quendam, capitis dolore graviſſimo, cito curavit. pag. 171.

Pilulæ *Euſtachii Rudii* hic plurimum conferunt. pag. 172.

Veſicatorium amplum, capillitio deraſo, toti capiti applicatum, ab inveterato capitis dolore, virginem quandam

liberavit. Sefaceum acerbum capitis dolorem feliciter curat. pag. 172.

Ego, per Terebrationem, in pleriſque Cephalæam curavi. pag. 173.

Euphorium, in carie oſſium, maxime juvat. pag. 182.

Pro Cataracta.

Retulit mihi Medicus quidam ſe, in Hollandia, vidiſſe mulierem quandam, vera ſuffuſione laborantem, ex conſilio cujuſdam empirici, ſucco millepedum, brevi ſanatam; incipiendo ſcil. a tribus pro vice, augendo indies uſque ad 9. tum iterum gradatim numerum diminuendo, uſque ad 3. & rurſus augendo, ut ante. Et hic viciſſim. Quercetanus aquam præſcribit, quæ efficaciſſima eſt, in hoc affectu. ita.

Recipe croci metall drach. 1. aq. chelidon. unc. 5. m. hujus aquæ tepidæ 3. vel 4. guttas, homine reſupino jacente, intra oculos infunde; Et hoc fiat ter aut quater in die: continuando. pag. 200.

Pro Catarrho.

Catarrhus multis nunc familiaris eſt; ac ſola victus ratione; quam Hippoc. tutiſ-

tutiſſimam medicinam appellavit, curari poteſt. Decoctum Raparum, cum butyro & ſaccharo, multum juvat; adjecto aniſo. pag. 202.

Purgationes, in morbis pectoralibus, non probant quidam Medici, etiam doctiſſimi. pag. 202.

Quantum ad Medicinalia, jubebit ſibi parari lib. 10. vel 12. Sacch. roſacei. Et hoc, ſingulis diebus, utatur, antè cibum, ad unc. ſſ. mane. Nihil enim, ad Catarrhum, convenientius. Confortat caput, & ventriculum. pag. 202.

Ut impediantur Evaporationes, ad caput aſcendentes, utiles ſunt hæ pilulæ, de Succino D. *Cratonis*.

Recipe pulver. ſuccin. maſtich. an. drach. 2. aloes ſuccotrinæ drach. 5. agarici albiſſ. drach. 1. ſſ. ariſtol. rot. veræ drach. ſs. cum ſyr. de ſucco betonic. q. ſ. f. maſſa pilul. capiat drach. 1. bis in menſe, & poſt primum ſomnum. pag. 203.

Inter ea, quæ fluxionem ſiſtunt, incraſſando, & torpidam reddendo, primum locum tenent hæ rotulæ.

Recipe diatragacanth. frigid. unc. 2. bol. armen. drach. 1. terr. ſigillatæ ſcrup. 1. ſyr. papav. alb. q. s. f. maſſa, ex qua

formentur parvæ rotulæ, ore detinendæ. pag. 204.

Benedictus Faventinus ſequentibus pilulis uſus eſt, in Catarrho ſalſo; feliciſſimo cum ſucceſſu.

Recipe ſucc. liquir. drach. 2. aloes lotæ drach. 1. pilul. de cynogloſs. drach. ſ. cum ſyr. viol. f. maſſa, de qua capiat ſcrup. 1. hora ſomni. Catarrhum quemvis ſiſtit ſacculus, ex ſuccino, & ſpiritu vini, paratus; ſi, epithematis inſtar, decenti ligatura, ſuturæ coronali imponatur. Hujus uſus magni eſt momenti, in Catarrho ſuffocativo. pag. 204.

Laudanum opiatum, in cura Catarrhi, multum juvat. pag. 207.

Sectio venæ frontis Cephalæam feliciter curavit: aliis multis remediis irritis. Ubi hoc malum inveteratum, aliis remediis non cedit. Commode, in multis, Decocto ſarſæ uſi ſumus. pag. 213.

Pro Catarrho ferino. in fœmina quadam.

Ex omnibus remediis, unum maxime profuit, nempe bolus, ex Laudani gr. 3. cum conſerva roſ. a quo, per 12. horas, tuſſis & catarrhus, omnino ſedabantur; & ægra ſe curatam præ-

prædicabat: ob ſummum levamen, quod, ex eo remedio, percipiebat. Idem bolus poſtea, per morbi decurſum, ter, ſed dimidiata doſi, eſt exhibitus, & ſemper cum inſigni juvamine: tandem, per plures dies conſequentes, ſumpſit, dimidiati prædicti boli, partem quartam: cujus unius ope omnia Symptomata ſedata ſunt. pag. 207.

Pro Catarrho, & tuſſi Infantis.

Infans quidam undecimeſtris tentabatur Catarrho, cum Tuſſi aſſidua, & febre, pituitam frequenter evomebat; multum lac ſugebat, & parum mingebat. Poſt multa remedia, cum perexiguo fructu, uſurpata, juſſi, ut inungeretur regio renum oleo ſcorpionum *Matthioli* ter in die. Unde Urinæ copioſiores redditæ, & Catarrhus imminutus. pag. 212.

Pro Cephalæa.

Succus hederæ terreſtris, naribus attractus, Cephalæam vehementiſſimam curat. pag. 214. Succus expreſſus fol. & fl. primulæ veris, cum pari quantitate lactis vaccini, idem præſtat, ibidem.

Pro Chlorosi.

Virgo quædam, 18. annos nata, sexennio fere fœdos colores patiebatur; Nil. artis remediis, contra contumax malum, proficitur. Dum peregre profectura, curru succussorio. devehitur, nauseabunda tandem evomuit incredibilem humorum variegatorum copiam, animam agere videtur, intra 4. vel 5. dies deperditus faciei color recuperatur, nulla ope medica, sed solo vomitu spontaneo revocatus: ut mirum non sit si tantopere in omni repletionis specie Vomitiones *Hippocrates* commendaverit. pag. 219.

Pro Cholera Morbo.

Enema, ex jusculo, cum alkermes & Theriaca, hunc morbum subito curavit. Idem præstat Oxycrati Cyathus. pag. 221.

Mador, effluens ex ovo, dum assatur, cicatricem, in facie, optime aufert. pag. 222.

Pro Cicutæ Veneno.

Cicutæ bezoar est pulvis gentianæ, cum

cum vino datus: theriaca vero est ex conferentibus. pag. 223.

Pro Cicutæ Veneno.

Anno 1665. Generosa, & Nobilis Domina de *Alva*, socrus mea, plurimum colenda, in oppidulo, ad Fortham sito, quod *Calvos* dicitur, cum familia degens, forte, per famulæ imprudentiam, ipsa, cum omnibus domesticis, jusculum in prandium sorbendo, hauserat, in quo coctæ fuerint, pastinacæ Loco, Cicutæ radices. Vix absolverant pernicioſum illud ferculum, cum ecce suas vires virulentum venenum exerere cœpit; Omnes quippe plurimum exagitabat tenebricosa vertigo, guttur male habuit; Ariditas; & constrictio difficilis, eum quasi strangulatione, ex suppresso nimirum spiritu, & suffocatione. Adfuit etiam mentis perturbatio & alienatio, ita ut absurda plurima, (quorum postea, ad se reversi, neutiquam meminerant) tum quidem verborum nimium prodigi, affatim effutiebant. Miseranda prorsus fuit, tunc temporis, totius familiæ conditio. Vix enim se invicem agnoscebant,

bant; nec quid dicerent, vel facerent, satis noverant. Vocatus Ego in auxilium *Edinburgo*, quod circiter 14. millia passuum a *Culross* distat; quamprimum potui, advolavi, totis viribus, omnibusque affectibus, secundum Artis præscripta, sublevaturus (sub Deo) tam charæ familiæ, cui me Natura prius, Nunc vero sors melior tam arcte ligaverat. Ut eò circa nonam matutinam diei sequentis perveni, omnes deprehendi, non sine maxima lætitia, propemodum restitutos: Inciderant quippe, ante nostrum adventum, licet non in Medicum, in medicinam tamen. Singulis enim (Consulente potissimum Nobilissimo Illustrissimoque Domino, Comite de *Kincardine*, cui, ob egregiam tum præstitam operam, multum se debere haud inviti fatentur) propinata est potio Emetica, ex infusione croci metall. injecti sunt etiam clysteres purgantes: post sic probe, tam per vomitum, quam per secessum, evacuatam materiam cicutæ venenatam, de vino Hispanico, magnis repetitisque haustibus, biberunt omnes; cum corporis exercitio, ad caloris excitationem

quia,

quia, in ſomnum, aderat ſumma propenſio: Theriaca tandem exhibita eſt: Tantum habuere hæc præſidia ſucceſſum, ut, ante diem craſtinum, ceſſarint omnia recenſita ſymptomata, & ad ſe paulatim redierint, ſine ulla noſtra opera: niſi quod illis, ad recuperatam ſanitatem ulterius confirmandam, vinum medicatum bibendum præbui, in quo infuderint rutæ & abſinthii ſummitates, cum pulvere radicis gentianæ: pag. 223.

Pro Clavis pedum.

Clavos pedum extrahunt folia hederæ contuſa, intra 15. dies. pag. 226.

Quædam, Clyſterum uſu, nutrita, ibidem.

Pro Colico dolore.

Amatus hiſtoriam habet, de muliere, colica biliosa laborante; quæ, ex potu aquæ frigidæ, incantamenti inſtar, dolore levata eſt; non amplius redeunte. pag. 231.

Decoctum fl. camomill. commode exhibetur, in Colico dolore pag. 231.

Quidam dolore Colico torquebatur;

canis milesius ventri impositus; qui, cum incaluisset, urgebat exitum, vomuit vehementer; & ægrotantis tormina remiserunt. pag. 232.

Oleum amygdalinum, cum vino malvatico haustum, cum drach. ss. sperinatis ceti, efficax est remedium, in Colico dolore. pag. 233.

Nullum præstantius, pro eo propulsando, invenimus, quam Lupi intestinum. In pollinem enim redactum, & vino generoso exceptum, & calide epotum, brevi opus suum confecit, & ipse æger sanus evasit. Stercus lupinum ad idem valet. Propinetur in pulverem redactum, cum vino, ad scrup. 1. pondus. pag. 234.

Radix imperatoria optimum, pro Colico, remedium, in cyatho vini exhibetur. pag. 235.

Clyster emolliens, & carminans, cum aqua benedicta, optimum, pro Colica, remedium. pagg. 236. 238.

Stercus equinum, in aqua papav. rhœad. infusum, pro Colica, efficax remedium. pag. 237.

Spiritus vini, & salis, aa. drach. ss. vel drach. 2. in aqua communi tepida, spe-

ſpecificum eſt, in Colica, Remedium. Ut & Magnes, ſuper umbilicum, poſitus. pag. 239.

Auri faber quidam Colica & diarrhœa, ſubinde corripi ſolitus, hoc facili remedio, ilico ſe curat; ſedendo nimirum, per ſatis longum tempus, ſuper incudem, probe calidam. pag. 239.

Recipe ovum gallinaceum, abjiciatur albumen; vitello, in putamine relicto; adde piper. nº. 6. vel 7. aquæ vitæ quantum putamen continere poteſt: calefiant, & capiat. Certiſſimum, pro Colica, remedium. a Regina Maria de Medicis, cuidam Nobili, datum. pag. 241.

Pro Colico dolore.

Quidam mihi retulit, ſe colico dolori obnoxium fuiſſe per multos annos, ab eoque, ſequenti remedio, liberatum, una tantum vice aſſumpto; ita ut nunquam deinceps in eum inciderit: & plurimos alios, quibus idem remedium communicavit, fuiſſe etiam liberatos. Hoc remedium eſt dolii obturamentum, ex ſubere confectum, quod, per plures annos, huic uſui inſervierit; atque adeo probe vino imbutum ſit. Illud

ſuber igne comburendum eſt, ejuſque cinis exhibendus, cum vino albo drach. 1. pondere, urgente dolore. pag. 238.

Pro Convulſione.

Recipe ſpir. c. cervi aut fuligin. vel ſanguinis humani, vel ſalis Armoniaci q. ſ. capiat grt. 10. vel 12. mane & veſpere, in cochl. julapii ſequentis, ſuperbibendo hauſtulum ejuſdem.

Recipe aq. lumbric. himac. an. unc. 6. aq. jugland. ſimpl. unc. 4. aq. raphan. compoſ. unc. 2. ſacch albiſſ unc. 2. m. f. julapium. doſis cochl. 4. vel 6. bis in die.

Recipe pulver. milleped. præp. drach. 3. ſem. ammeoſ. drach. 1 ſ pulvis. divid. in 10. partes. ſumatur doſis, bis in die. pag. 251.

De Cordis Calculo.

Nobiliſſimus Juvenis, D. *Carolus*, Comes de *Belcastro*, undecim annos natus, cum tota æſtate præcedente (licet antea ab infantia uſque ſalubriter ſatis vixiſſet) febris quotidianæ impetum ſuſtinuiſſet, quam finitam ſecutæ ſunt frequentes intraaſſumptorum vomitio-

mitiones; ut & nonnulla, circa appetitum, ſymptomata; præcluſa tandem, obſtructa & intercepta, ſanguinis & ſpirituum officina, ſuffocatus obiit. Diſſecto cadavere, præſente Medico ordinario; vix credibile eſt, quam magnus calculus, duarum prorſus unciarum ponderis, ventriculos cordis ambos undiquaque occupans, ſit intus repertus.

Vir quidam Nobilis, fideque digniſſimus, mihi aliquando narravit, in Nobiliſſimi Illuſtriſſimique D. *Georgii Huntileæ Marchionis* diſſecto poſt obitum corde, lapillum fuiſſe repertum. pag. 254.

Pro Cordis palpitatione.

Meliſſa viridis, cum borragine contrita, &, ſuper tegulam mundam ignitam, poſita, aqua roſacea, & aceti momento irrorata, regioni cordis admota, cordis palpitationem curat, Incantamenti inſtar. pag. 257.

Exterius, Theriaca vetus, cum vino generoſo, & croci modico, cordis regioni illita, palpitationibus inſigniter ſuccurrere ſolet. pag. 258. & 260.

Ad

Ad dolores Coxendicis.

Præstantissimus est balsamus sulphuris terebinthinatus; si, paucis ejus guttis, pars affecta illinatur. pag. 265.

Succus lumbricorum, in Coxæ luxatione, tam commendatus, ab *Hildano*, ita fit.

Recipe crassissimorum lumbricorum m. 2. vel 3. singulis sordes extrahantur, & exprimantur digitis (non enim vino abluendi) concidantur minutissime: postea conjiciantur cyatho stanneo vel argenteo: affundantur aq. flor. lavendulæ, & baccæ juniperi absque vino distillat an. unc. 3. cyathus obturetur vesica humectata, ne quidpiam expiret. Deinde aquæ imponatu & coq. 4. vel 5. horis. Refrigerato cyatho, succus, per pannum crassum, exprimatur. Utilissimus est hic succus, in tabe membrorum. Corroborat nervosas partes. Coxa, & crure. hoc succo bene inuncto, emplastrum sequens molli inducatur corio, totique imponatur coxæ.

Recipe Empl. diapalm. unc. 4 ceræ novæ unc. 2. gummi elemi tacamach. an. unc. 1. mastich. oliban. an. drach. 10.

lum-

lumbricor. terreſtr. ſubtiliſſ. pulver. unc. 1. ſſ. pulv. ro∫. rubr. myrtill. balauſt. ivæ arthriticæ fl. hyperici an. drach. 2. diſſolvantur gummata lento igne in ſ. q. olei lumbric. & percolentur per linteum, poſtea commiſceantur omnia, cum empl. ſupradicto & cera liquefacta, f. maſſa, addendo nonnihil ol. gran. juniperi, & ſpicæ. pag. 266.

Ad Coxendicum dolorem, aperiatur vena malleoli, e directo partis affectæ; &, intra paucas horas, dolor remiſsus eſt: ac poſtmodum omnino deſiit. pag. 590.

Pro Cranii fractura.

Cranium perforatum, undecimo die morbi, cum ſucceſsu obſervatum, in Sexagenario. pag. 268.

Pro Cruris ulcere.

Mercator quidam, cum ulcus malignum in crure haberet, nec ullo modo curari poſset, Quidam ei conſilium dedit, ut agrimoniam herbam ſuperponeret, bis in die, mane & ſero; Atque ita, miraculi inſtar, intra 9. dies, ſanitati reſtitutus eſt pag. 270.

Pro

Pro Diarrhœa.

Mespila immatura comesta, in maxima copia, diarrhœam sæpe curarunt. pag. 291.

Medicus quidam Hibernus celebris, in diarrhœa, præ omnibus aliis quibuscunque, sequens commendat remedium.

Recipe Butyri insulsi q. v. bulliat, lento igne, ad tertiæ vel mediæ partis consumptionem. Subinde exspumando, exhib. de eo satis magna quantitas. pag. 292.

Ad Dentes dealbandas.

Oleum vitrioli, cum aqua mixtum, dentes dealbat; & a putredine præservat. pagg. 273. 285.

Pro Dentium dolore.

Radix Lapathi concisa, & supra dentem dolentem imposita, ilico dolorem sedat. pag. 274.

Oleum Buxi, pro dentium dolore, præstantissimum est Remedium; incantamenti instar, ilico dolores sedat, ad miraculum usque; in foramen dentis, gutta una vel altera injiciatur. pag. 274. 277.

Oleum

Oleum Camphoræ, ut & oleum Terebinthinæ, pro dentium dolore maxime profuit. pag. 275.

Mira vi prædita est Nicotiana, ad dolorem dentium curandum. pag. 276. 277.

Bursa pastoris contusa, & auribus indita, Avellanæ magnitudine, optimum est remedium, ad dentium dolorem. pag. 278.

Allium contusum, cum salis momento, & pollici admotum, vesicas efficit; e quibus apertis, aqua fluit, qua tollitur dentium dolor. pag. 278.

Os brachii bufonis, ad primum contactum, odontalgiam curat. pag. 279.

Pro Dysenteria.

Ne detur potus chalybeatus, ut fieri solet; non enim is astringit, sed turbat, alvum. pag. 305.

Pomum excavatum, & cera alba vel citrina repletum, ignique admotum, donec cera liquesceret, & pomi substantiæ intermisceretur; & sic esitatum ante omnem cibum, pro Dysenteria, optimum est Remedium. pag. 306.

Smaragdus, cum conserva cydon. opti-

mum est remedium, in dysenteria venenosa. pag. 307.

Pimpinellæ decoctum, cum aqua & butyro, confectum, dysenteriam certo & cito curat. pag. 308. Vinum, vel cerevisia absynthites, multos dysentericos curavit, pag. 309.

Verrucis, vel ungulis equinis, in butyro frixis, dein pulveratis, frequenter dysenteriæ curatæ sunt. Fumo gingiberis, per anum, in sella perforata, recepto, dysenterici certo curantur. Alius præfert fumum c. cervi. pag. 310.

Argentinæ folium, plantis pedum admotum, omnes dysenterias, intra 24. horas sistere, pro arcano habeo. pag. 311.

Pro Dysenteria.

N. M. Vir Nobilis dum hyeme multa militiæ incommoda perpessus esset; & non paucos, in diæta, & reliquis rebus non naturalibus, errores, necessitate cogente, commisisset, ineunte æstate, diarrhœa correptus est, in dysenteriam protinus commutata. In auxilium vocavit Medicum celeberrimum, qui nihil intentatum reliquit, ut tam ferox evinceret malum. Sed

morbus

morbus efferus omnes ejus conatus fruſtrabatur; licet omnia in uſum vocaſſet, quæ aliis, eodem morbo correptis, proficua eſſe ſolebant. Bis vena brachii ſecta eſt. Infuſum rhei aliquoties aſſumptum; quin & pulvis rhei, cum diaſcordio, forma pilulari vel boli, ut & clyſteres, tum detergentes, tum adſtringentes: non omiſſis opiatis, & julepis uſualibus. ſed omnia fruſtra; fluxus dyſentericus, per plures ſeptimanas, cum ſummis, circa umbilicum, doloribus, continuatus; plus triceſies, ſingulis diebus, dejecit bilioſa, ſanguine permixta: aliquando dejectiones erant totæ ſanguineæ. Aderat fere ſemper febris; pulſus erat debilis; ſingultus continuo moleſtavit; ita ut, de ſalute, deſperatum: Advocatur tandem alius Medicus. Cum omnia alia uſualia medicamenta fruſtra fuiſſent uſurpata, ex conſilio D. R. *Boyle* ad Mercurium dulcem deventum eſt. Primo die, exhibita ſunt grana 8 cum tantillo Diaſcordii mane: Et per ſex dies ſequentes, ſingulis matutinis, gr. 12. cum inſperato ſucceſſu. Nam inde tormina ceſſarunt, dyſenteria penitus curata, & ipſe ſibi multo melius haberi viſus eſt:

& exinde ſanitatem recuperavit. Sed poſt 15. vel 20 dies, ex non paucis erroribus, in diæta commiſſis, iterum rediit morbus; ſed qui Mercurii d. ope, ut ante, intra 7. dies ſublatus eſt. Nec unquam poſtea rediit.

Pro Dyſpnœa.

Allium, adipe ſuillo contuſum, ſi plantæ pedum eo inungantur, multum conducit, in Dyſpnœa, vel Aſthmate. pag. 313.

Pro Epilepſia.

Sanguis muſtelæ præparatus, contra Epilepſiam, egregie confert. pag. 322.

Radices Pœoniæ virides, & in ſartagine frixæ, ab Epilepſia, liberant; ſi eas continuo comedat. pag. 323.

Setone cervici, adhibito *Hollerii* Medici decreto, adoleſcens quidam ab Epilepſia curatur. pag. 324

Commendatur hic ſpiritus c. cervi, ſalis dulcis, nitri dulcis, aſt omnibus antecellunt Spir. ſal. armoniaci. Julepus *Friderici Deckers*, inter alia remedia, Epilepticum quendam curavit.

Recipe drach. ſſ. ſaponis Hiſpan. in la-

&c

cte coctæ. Colaturæ unc. 3. dentur uſui cum optato ſucceſſu. pag. 327.

Recipe aq. betonic. fl. tiliæ an. unc. 2. aq. fænic. vitæ Matthial. antepilept. Lang. an. unc. 1. ſpir. ſal. armoniac. drach. ſſ. tinctur. caſtor. gut. 10. fl. hyperic. drach. 1. laudan. opiat. gran. 4. ol. ſuccin. gt. 5. ſyr. fl. ſtæchad. unc. 1. m. ſingulis diebus cochl. 1. aut 2. quater aſſumebat. pag. 328.

Oleum ligni Heraclei multos Epilepticos curavit. pag. 328.

Ad Epilepſiam, inter multa alia, commendatur pulvis ſecundinæ. Emplaſtrum Domini *Salieni*, pro Epilepſia, authori communicatum, ita ſe habet.

Recipe gummi ammoniac. g. juniperi, thur. & maſtich. an. unc. 2. ſem. pæon. mar. & nuc. moſch. an. drach. 3. coral. rubr. præp. raſ. ebor. & c. cervi an. drach. 1. malaxentur cum Styrace liquida, formenturque in Emplaſtri maſſam, in ſequentem uſum.

Recipe maſ. empl. præſcript. q. ſ. extend. ſuper alutam vel pannum ſericeum rubr. & f. emplaſtrum magnitud. & figur. debitæ. Admovendum vertici, & ſuturæ coronali calide, detonſo prius

capillitio, ibidemque diu geſtandum. pag. 333.

Emplaſtrum, de ſuccino Cratonis, in Epilepſia, multum etiam commendatur; quod ita ſe habet.

Recipe ſuccin. alb. thur. maſtich. aa. drach. 1 ſſ. galbani opoponac. an drach. 1. viſci q. drach. 2. ambr. griſ. gran. 6. moſch. gran. 3. ſem. pæon drach. ſſ. ladan. drach. 1. ſſ. ol. nuc. moſch. parum. ol. roſac. q. ſ. extend. in corio, aſpergatur pulvis cubeb. & ſuturæ coronali imponatur. pagg. 334. 336.

Fel catelli lactentis cum tantillo aquæ ſl. tiliæ, ſpecificum eſt, contra Epilepſiam. pag. 341.

Pulvis viſci q. ad drach. 1. in aq. ceraſ. nigror. Dominam quandam, ab Epilepſia pene hæreditaria afflictam, curavit; irritis aliis remediis. pag. 342.

Ungula Alcis præſentanea vi pollet, adverſus Epilepſiam; quod, multis experimentis, probari poterit. pag. 342.

Grana 10. Coral. rubr. ex materno lacte, infanti primum nato, exhibita, ante omnem cibum vel potum, efficiunt ne unquam in vita epilepſia corripiatur. pag. 345.

Olei

Olei ſuccin. gtt. 3. cum pari quantitate ſpir. vitrioli, in aqua betonicæ exhibitæ, a paroxyſmo epileptico, puerulos ſtatim liberant. Oleum buxi etiam confert. pag. 346.

Ad præſervationem, ab hoc morbo, recens natis, detur drach. 1. pulv. de gutteta, cum pauco lacte. pag. 346.

Chimici commendant mixturam ſpiritalem, quæ ita fit. *Recipe* ſpir. vitrioli pt. 1. ſpir. tartar. pt. 3. aq. theriacalis camphorati pt. 4. m. & vitro bene clauſo, per 3. aut 4. ſeptimanas digerantur. Doſis eſt drach. 1. in convenienti vehiculo. pag. 347.

D. *Wedderburnus* pulverem ſuum antepilepticum unice prædicat, cujus ope quamplurimos curavit puerulos. Ita ſit.

Recipe raſ. ungul. alcis. ſpodii an. drach. 1. rad. pæon. maris ſem. anis. ſuccin. alb. præpar. c. c. præp. an. drach. 3. cranii humani præp. unc. ff. cal. arom. viſci q. raſ. buxi ebor. & ligni rhodii an. drach. 2. fl. magiſt. coral. rubr. rad. valerian. ſylv. corallin. an. drach. 2. fl. betonic. ſalviæ, lavend. marjoran. roſmar. an. drach. 1. nuc. moſch. ſcrup. 4. fol. auri & argenti an. n°. 15. m. doſis a ſcrup. 1. ad

ſcrup.

ſcrup. 2. ex poſſeto ſalviato. pag. 347.

Doctoris *Jolley*, non contemnendum, pro Epilepſia, remedium ſequitur.

Recipe ſtercoris pavonis exſiccati unc. 1. fl. tunicæ unc. 1. ſſ. m. & infund. in aceti lib. 1. capiat, e colatura, ſæpe cochlearia duo. pag. 348.

Pro Eryſipelate.

Ad Eryſipelas, utiliter ſicci panniculi linei calefacti imponuntur, qui maduerint, in ſubſcripto liquore, & in umbra exſiccati ſunt. *Recipe* ſap. alb. Veneti ℔ ſ. diſſolve in aquæ ſcabioſæ calente.

Pro Fame inexplebili.

Obſervatio lectu digna, de Fame ingenti & inexplebili; in viro, ex verme cucurbitino: qui, uſu medicamentorum, excretus eſt vivens. Longitudo ejus erat cubitorum 25. pag. 364.

Pro Febribus continuis.

Aquæ benedictæ, in curandis febribus, proficuus uſus. pag. 370.

Infuſio rhei in aq. endiviæ, pro febre, ex obſtructione, ſemper profuit. in lib. 1. aquæ endiv. infunde rhei drach. 1. pag. 374.

In

Pro Febre maligna.

In Febre maligna, hodie frequentiſſimus eſt lapidis bezoardici uſus: cujus nunquam evidentem ullum fructum conſpexi. pag. 376.

Ungula alcis, multum in Epilepſia commendata, mirabiliorem virtutem poſſidet, ut nos ſæpius experti ſumus, contra febres malignas, & venena. pag. 377.

Cochleæ, cum teſtis contuſæ, & plantis pedum applicatæ, excitato ſudore, a febre maligna, mulierem curarunt. Pag. 381.

Medici *Monſpelienſes* utuntur, in febre maligna, tanquam alexipharmaco, trochiſcis viperinis, a ſcrup. 1. ad drach. ſſ. cum aquis cordialibus, vel julepis. Utilis etiam hic eſt radix contrayervam cujus ſcrup. 1. vel drach. ſſ. exhiberi poteſt, in pulverem redacta, cum aqua card. bened.

Pro Febre maligna, cum Vermibus.

Recipe rad. acetoſ. gram. & cichor. an. unc. 1. fol. endiv. cichor. acetoſ. portulac. & hyperic. an. m. 1. ſcord. &

absynth. an. m ff. fl. 3. cordial. p. 1. coq. in aq. hord. ad quartaria 5. in colatura dissolv. syr. limon. unc. 4. spirit. vitrioli, ad levem aciditatem. F julepus, pro 4 dosibus, mane & sero sumendis. *Reverius* testatur, se, hoc julepo, in infinitis puerulis, lumbricis laborantibus, cum felicissimo successu, usum esse.

Pro Febre tertiana.

In Febre tertiana, Vinum Emeticum proficuum.

Pharmacopœus quidam febre tertiana intermittente laborabat; bis fuit purgatus; bis etiam vena secta; tandem, ante paroxysmum, hic julepus ei est exhibitus.

Recipe aq. cichor. unc. 3. sal. absynth. drach. fl. spir. sulph. gtt. 12. m. ab hac potione, accessio non rediit.

Pro Febre tertiana intermittente.

Multas tertianas intermittentes, tertia, secunda, immo prima exhibitione, sequentis haustus, præcesso cathartico, curavit *Fredericus Decker*. *Recipe* aq. card. bened. unc. 2. Theriac. simpl. drach. 2. sal. absynth. drach. fl. spir. sal. ar-

armoniac. ſcrup. ſſ. ſyr. papav. rhead. drach. 3. m. quo multum ſudarunt.

Uſus pulveris corticis peruviani quartanam, & tertianam, certiſſime curat. Et, ſi credendum magno *Digbæo*, culpandus potius Medicus, quam nobilis hæc medicina; ſi, poſt ejus exhibitionem, unquam revertatur febris.

D. *Robertus Boyle* narrat, ſe, a febre quotidiana violenta, liberatum, carpis applicando ſequens. *Recipe* ſal. marin. lupul. anglic. an. m. 2. paſſul. corinthiac. unc. 4. probe miſc. & contundantur.

Pro Fiſtula lachrymali.

Setaceum nuchæ adhibitum, optimum remedium pro Fiſtula lachrymali. pag. 420.

Nihil Euporbio præſtantius, in oſſibus carioſis; imo & in fiſtula lachrimali. pag. 421.

Pro Fluore albo.

Recipe fimi aſinini m 4. macerentur aqua roſarum; magma rejiciatur: & cum ſaccharo fiat ſyrupus. Cujus in hoc affectu admirabilis vis eſt. pag. 425.

Mulier quædam quadragenaria, diu-

turno fluore albo laborans, poſt multa remedia fruſtra tentata, ptiſana hac laxante, per menſem integrum, ſingulis diebus, uſurpata, protinus liberata eſt.

Recipe ſen. mund. drach. 1. ſem. coriandri præp. liq. raſ an. drach. 1. ſſ. aq. fontis in qua tamarind. drach. 3 lign. lentiſcini drach. 1. bullierint, cyathum unum infund. frigide per noctem, colaturam capiat mane. pag: 426.

Lamii flores albi, ad fluorem album abſumendum, fœminarum experimento, celebrantur. Paraturque, a nonnullis, in eum uſum, ex floribus iſtis, cum ſaccharo, conſerva. Lamii flores albi, ad fluorem album, ſpecifice celebrantur. pag. 427.

Pro Fœtu mortuo.

Teſtes equi, præp. borac. an. drach. 1. croci ſcrup. 1. cum aqua lil. alb. propinati, fœtus mortuus ejectus eſt. Stercus equinum, in vino expreſſum, & percolatum, ſubito Fœtum & ſecundinam expellit. pag: 431.

Pro fractura.

Lapis oſteocolla, qui & ſabuloſus dici-

dicitur, ad fracturam brachii, singulari quadam virtute, & proprietate, præditus est, ad callum generandum. Singulis diebus, jejuno stomacho drach. 2. sequentis pulveris ex jusculo carnis recent exhibui.

Recipe lapid. osteocollæ diligenter præp. unc. 1. cinamom. el. drach. 3. sacch. unc. 2. m. f pulvis tenuissimus. pag. 433. 434.

Pro Gonorrhœa.

Vir quidam, Gonorrhœa antiqua laborans. a me consilium petiit, cui primum præscripsi purgationem ex Mercur. d. scrup. 1. cum pil. coch. min. tantundem; &, sequente die, venæ sectionem: deinde bolum, ex rhei pulv. drach. 1. cum terebinthin. drach. 3. quem continuavit per 5. dies. Iterum sumpsit pil. mercuriales, & prædictum bolum, per alios 5. dies, ac tandem aquam sequentem, per 8. dies.

Recipe menth. sicc. unc. 3. sem. lactuc. rute agn. casti. an. unc. 2. ff. ireos fl unc. 2. dictam. cretic. drach. 10. sacch. albiss. lib. 2. Omnia pulverentur, addendo terebinth. Venet. unc. 5. vini albi gene-

rosi unc. 30. f distillatio in B. M. capiat cochl. 1. mane, duabus horis, ante cibum. His remediis, a contumaci illo affectu, liberatus est. pag. 450.

Pro Gutturis dolore, & morbo Epidemio.

Recipe aq. plantag. lib. 1. aq. scabios. lib. ff. sl. ros. rubr. sem. cydon. drach. 1. bulliant leviter, & colentur. Adde diamori dianuci an. unc. 1. terræ sigillatæ veræ drach. 1. m. quo cum usus essem, videbar quasi liberatus, ab hoc malo. pag. 455.

Pro Hæmaptoe.

Quædam tussiendo excreabat sanguinem satis copiose, exhibui ei mannæ unc. 1. ss. cum jusculo, quam & pectori prodesse dixi. Excrevit placide & copiose, sanguinem postea detraxi. Jussi mane & vespere sumere pil. sequentes.

Recipe sem. Hyoscyam. alb. subtil. pulver. scrup. 2. gummi arab. scrup. 1. coral. rubr. drach. ff. viol. rec. no. 10. succ. berber. drach. 2. aq. ros. & plantag. an. q. l. sacch. unc. 2. f. tabulæ. Post tabu-

tabularum uſum continuatum, nihil amplius cruenti apparuit. pag. 459.

Succus urticæ, ab *Amato Luſitano*, mire commendatur, in Hæmaptoe curanda. pag. 462. 464.

Syrupus, ex ſtercore aſinino, in omni rejectione ſanguinis, plurimum confert. pag. 463.

Amatus, in obſervationibus, habet caſum rarum, de puella quadam Nobili, Hemaptoe rara, per 3. menſes, laborante; quæ, toto hoc tempore, per 12. diei horas, ſingulis horis, cruentum ſputabat; noctu vero nihil ſcreabat: etiamſi vigilem totam noctem ageret. pag. 464.

In cruenta ſpuentibus, venæ ſectionem impediunt tempus anni, pleuritis bilis. *Hipp.* lib. 6. Epid. ſect: 3: hæc *Hippocratis* ſententia multos Medicos ſollicitos habuit; quaſi ſanguis, in pleuritide ſanguinea, mittendus non ſit: contra Medicorum quotidianum uſum, qui tunc multo magis mittunt ſanguinem, in pleuritide, quando ſputa ſanguinolenta excernuntur, &c. pag. 465.

Pro

Pro Hæmorrhagia narium.

Fimum porcinum naribus objeci, & ut ore repleto aqua frigidissima, succum urticæ per nares attraheret, mandavi. His remediis, fluxus cessavit. Aliæ profuit frustum cretæ albæ, digito annùlari, e regione naris Fundentis sanguinem, contentum, donec incalesceret. pag. 465. 473.

Duæ Ventosæ, absque Scarificatione, supra utrumque pedem, applicatæ sunt; quo remedio, incantamenti instar, a fluxu sanguinis narium, generosus quidam restitutus est. pag. 468.

Faba, aut numisma argenteum, radici narium, inter cilia, admotum, & fascia arcte alligatum, fluxum narium cohibet.

Succus Urticæ, miris laudibus, ad quemlibet fluxum sanguinis compescendum, effertur.

Usnea, cranii humani, in pulverem redacta, est præstantissima; per se, applicata. Sanguinem restringit muscus, cranii humani, in manu retentus. pag. 470. 471.

Jaspis, collo appensa, illico Hæmorrhagiam sistit. pag. 475.

Pro

Pro Hæmorrhoidum dolore.

Suberis lignum, combuſtum ad cinerem, cum vitello ovi, & ol. roſac. linimenti inſtar, applicatum, dolores hæmorrhoidum, miraculo quodam, ſemper ſedabat; præſertim, in puerperio. pag. 478.

Pro hoc malo, balſamum ſulphuris, ad unc. ſſ. exhibeo. Oleum item ex vitell. ovorum prodeſt. Ut & unguentum populeum, cum Opii modico, ac ovi vitello. pag. 478.

Cum aliis multis, & ſelectis medicamentis, non juvabatur; ad balanum, ex ſævo hircino, cum Opio, confectum, confugimus: quo dolor evanuit, nec amplius rediit. pag. 479.

Herba Linaria, cum fl contuſa, & cum adipe porcina cocta, linimenti inſtar applicata, dolores Hæmorrhoidum, ad miraculum uſque, ſiſtit. pag. 479.

Pro Hæmorrhoidum dolore.

Cepa alba, ſub cineribus cocta, & cum butyro rec. ſubacta, cataplaſmatis inſtar, dolorem ſedat, & tumorem diſcutit. pag. 483.

Cataplasma, ex medulla panis albi, in lacte decocti; add. oleum rosaceum & vitellos ovorum commode usurpatur. ibidem.

Succus urticæ, levi ebullitione, depuratus, ad unc. 2. cum pauco saccharo, Hæmorrhoides, nimium fluentes, statim cohibuit. pag. 487.

Pro Hepate calido.

Tinctura coralliorum, præparationis *Riverii*, primas obtinet, ad hepar calidum, refrigerandum, & roborandum. pag. 492.

Memini me, apud *Suetonium*, & *Plinium*, legisse, *Augustum*, vitiato jecore laborantem, fomentis calidis, sine fructu, a medicis, tractatum esse; accito autem *Antonio Musa*, eum, frigidis remediis, fuisse sanatum. pag. 499.

Pro Hepatis obstructione.

Præ cæteris omnibus medicamentis, ad Hepatis delendas obstructiones inveteratas, maxime conferunt remedia, ex tartaro, vitriolo, & chalybe conflata. Sal tartari maximam habet vim de obstruendi; sed præcipuus ejus usus est, in ptisana

ſana laxante. Vinum chalybeatum hoc modo confici poteſt. *Recipe* limatur. Chalybis unc. 4. rad. eryngii. enul. camp. an. unc. 1 ff. ſantal. citrin. unc. 1. coral. rubr. præp. raſ ebor. an. drach. 6. caryophill. nuc. moſch. cinnamom. an. drach. 2. fl geniſtæ anthoſ & epithymi an. p 3. vini albi generoſi lib. 6. macerentur. per octiduum, in B. M. deinde colentur, per manic. *Hippocr.* ut vinum optime clarificetur. Capiat de eo æger unc. 2. aut 3. mane, per 15. dies. Aut plures, ſi opus fuerit. pag. 501.

Pro Hernia.

Applicetur loco affecto Empl. de pelle arietina, *Arnoldi* de *Villanova*; quod ad Hernias optimum eſt remedium, & expertum: & multoties hernias, etiam inveteratas, ſanavit. pag. 507.

Pro Hydrope.

Continuo allium comedens, colonus quidam, ex hydrope, ſanus evaſit. pag. 521.

Ad aquoſos humores educendos, imprimis confert æris ſquamma, quo *Carolus* quintus Imperator, hydrope labo-

rans, sanatus est. Debet conteri, & in pilul. cum melle, conformari: dosis, a drach. 1. ad drach. 1. ss. admisc. caryophill. vel cinamom. momentum. pag. 522.

Purgato prius corpore, ex cujusdam consilio, hydropicus quidam, singulis matutinis mane, unum vel alterum haustum, propriæ urinæ, ebibebat; id cum spatio 4 mensium continuasset, subsidente tumore ventris & tibiarum, tandem pleniſſime convaluit. pag. 527

A potu, quantum fieri potest, abstinendum. pag. 532.

Syrupus S. *Ambrosii* multum profuit hydropicis, & multos curavit. Copiosissime sudare facit. pag. 533. In Hydrope, Elaterium apprime idoneum; at in exigua quantitate dandum, & valde vetus, & cum rebus ventriculo amicis, ut cum hiera. Pil. aloe phang. pag. 534. ad gran. 6. vel 7. sumatur elaterium. pag. 539.

Pro Hydrope, & Paralysi.

Pilulas Lunares unice commendat D. *Rob. Boyle*, in Aureo, suo Tractatu, *de Vtilitate philosoph. Experim.* cum mica panis

nis efformantur in pil. minoris piſi magnitudine; quarum, una aut altera, vel etiam tres, pro varia ægrotantis conſtitutione, in pomo toſto, ſumendæ. Deſcriptionem vide, citato libro, pag. 546.

Recipe aloes opt. drach. 2 ſſ. gummi gutt gamb. ſubtil. pulver. & cum malvatico diſſol. & lævigati. drach. 1. ſſ. diagrid. eodem modo præp. drach. 1. gummi ammoniac. drach. 1. ſſ. tartar. vitriol. drach. ſſ cum ſyr. roſ. ſolut. f maſſa. doſis, a ſcrup. ſſ. ad ſcrup. 1. educunt aquas potenter. Hæ ſunt pilulæ, ex quibus, *Bontius*, Principis *Auriaci* Medicus, maximam ſibi famam acquiſivit. pag. 548.

Quidam commendant bufones vivos, utrinque renibus alligatos; aiuntque ſolvere hydropem, per lotium. pag. 546.

Hoc Hydropico prodeſſe vidi; rationem tamen non perſpicio. Soleis pedum adhibebat folia hyoſcyami; ita ut non ſolum ex pedibus, ſed univerſo corpore, humor aqueus extraheretur. pag. 564.

Ad Hydropem mirifice facit ſuccus cochlear. ad unc. 1. quotidie ſumptus, pag. 546.

Bufo diſciſſus, & renibus impoſitus,

hydropicorum aquas, per meatum urinarium, expellit. pag. 547. Maximum arcanum pro hydrope anaſarca eſt gratiola; quæ ſemper, in copia, tum purgantibus, tum aliis medicamentis, admiſcenda. pag. 548.

Ad eund m morbum, frequenter bibat hoc decoctum diureticum.

Recipe bacc. juniperi m. 3. contuſi. decoquantur in aq. font. q. ſ. ad 3tias. pag. 549.

Pro Hydrope Tympanite.

Præmiſſis præmittendis, ſummo ſtudio veniunt flatus excutiendi, quod mirifice præſtabit ſequens decoctum:

Recipe alb. græc. hord. integr. an. unc. 1. fl. coque lento igne in vini albi lib. 3. vel 4 ad hord. crepaturam. coletur. colatura per reſidentiam defæcata, denuo coquatur ad medias. Poſtea clarificetur, & aromatizetur cum cinamomo, & dulcoretur, cum Saccharo. Hujus decocti propina unc. 5. ter in die, jejuno ſtomacho; & emittet mirabiles bombos, & ſenſim venter ſubſidet. pag. 550.

Pro

Pro Hyſterico affectu.

Inter alia, præſcriptum eſt hoc Emplaſtrum. *Recipe* galban. unc. 1. ſtyrac. liq. drach. 1. cum oleo nardino. f emplaſtrum. extend. ſuper alutam. conſpergatur pulvere caryophill, & uteri regioni applicetur. pag. 554.

Præmiſſis præmittendis, exhibita eſt potio ſequens, Hyſtericis convenientiſſima.

Recipe moſchi & ſanguinis draconis an. gr. 12. aquæ naphæ unc. 4. m. f. potio. Alteri profuit hic Julepus.

Recipe aquæ artemiſ. roſ. & fl. aurantior. an. unc. 1. aquæ cinnamom. drach. 3. confect. de hyacinth. drach. 1. pulv. elect. diamargar. frigid. ſcrup. ſſ. croci gr. 4. m. f potio. pag. 555.

Oxycratum mulieres hyſtericas, tam in clyſtere, quam per os, exhibitum, ſæpius liberavit. pag. 556.

Recipe aſſ. fœtid. drach. 2. caſtor. fæcul. bryon. an. drach. 1. ſem. rutæ ſcrup. 1. croci ſcrup. ſl. laudan. parac. gr. 8. cum ſyr. de artemiſ. f maſſa pilul. de qua capiat drach. 1. virgo quædam, ſuffocatione laborans, hoc remedio, in momento, liberata eſt. pag. 556.

Ju-

Julos, sive catulos, juglandis, in pulverem exsiccatos, contunde. Datur ad scrup: 2, cum gtt. 2. ol. succin. In uteri strangulatu, nihil unquam novi præstantius. Inter cætera, quod omnium maxime solet mulieres præfocatas, quasi momento, revocare, est evaporatio, ad nares facta. ex pulvere verrucarum, quæ tibiis equorum adnascuntur; quæ, si in calente furno exsiccentur, & in pulverem redigantur, & naribus suffumigium fiat, tanquam præsentaneo remedio, magna adstantium admiratione, solent mulieres, quasi a mortuis, revocari. Ad præservation m. Assiduus usus castorei, ad drach. 1. singulo die exhibiti, cum decocto artemis., aut etiam vino, plurimum conducit. pag. 557.

Camphoræ gr. 4. dissolvantur in ol. amygdal. d. & umbilico indantur, admoto empl. ex galbano pag. 557.

In forma pulveris, duo parari possunt remedia efficacissima, & a Nobis pluries experta: unum fit, ex secundina, primi partus, in camino exsiccata, & in pulverem redacta. Dosis, drach 1. in liquore idoneo, confestim liberat, a paroxysmo. Alterum fit, ex duabus par-

partibus ſulphuris, & una nucis moſchatæ, in pulverem redacta, drach. 1. pondere exhibentur. Pulvis granorum actes ſeu ſambuci quercetani cum vini cyatho ſumptus drach, 1. pondere, Epilepſiam Hyſtericam ſubmovet, illiuſque recurſum impedit, ſecunda exhibitione: in pulveris illius defectu, fuligo camini exhiberi poteſt, eadem doſi, in ovo ſorbili. pag. 558.

Pro Hyſterico affectu raro.

In ſenium jam vergente Mundo, intemperantiuſque quam olim vivente humano genere; Non mirum, quod, præter numeroſiorem, terris incumbentium, morborum cohortem, Morbi etiam indies ſe oſtentent, aut novi, aut raris ſaltem comitati ſymptomatis; In quorum cauſis perſcrutandis, feliciterque enodandis, Hoc Opus, hic Labor eſt. Pauci quos æquus amavit Jupiter, Hoc rite funguntur officio. Multa quippe latent Medicos quantumvis peritos, etiamſi mentis ſagaci acumine interiora Naturæ uſque & uſque rimentur.

Tredecim abhinc annis, mihi contigit,

git, casum, in praxi, videre, si non undiquaque novum, insolitum tamen, ac rarissimum, &, a nullo, quem hactenus legi, Authore observatum; qui talis erat. Anno 1673. Dum *Ardochi*, 8. milliaribus *Sterlino* distantis, apud Nobilem quendam, febre putrida Laborantem, per aliquot dies subsisterem, vocatus sum ad invisendum honestam virginem 20. circiter annorum, affectu perquam raro, mihique etiamnum inaudito, detentam. Ob subitam & inexpectatam dilectæ sororis, post partum, mortem, mœrori & Melancholiæ nimium indulserat, ita ut, pathemate animi ingravescente, Aphonia tandem correpta sit. Omnes nihilominus adstantes agnovit; quæ loquebantur, probe intellexit; Imo, & scripto, manu propria, rite exarato, respondere potuit. Sed, quod mirum mihi videbatur, semel, vel etiam bis quandoque in die, incerto tamen spatio, per horæ vel circiter quadrantem, toto intremuit corpore: quo tempore distincte loquebatur, & ad omnia recte respondit; desinente demum Tremore, ut piscis, rursus muta evasit. Licet, de Affectu

fectu hoc insolenti, mihi non poteram undiquaque satisfacere, symptomata tamen hysterica fuisse, non male forsan judicavi. Usu enim venæ sectionis, vini Emetici, levium catharticorum, & Medicamentorum hystericorum, a me præscriptorum, divina auxiliante gratia, intra mensem, perfecte convaluit, ac etiamnum vivit. pag. 560.

Pro Ictero.

Filiola quædam, unicum annum nata, regio morbo oppressa est, quam, paucis diebus, hoc solo decocto, curavi.

Recipe hord. mund. passul. maj. an unc. 1. fol. fragar. m. 2. coque ad lentum ignem, cum s. q. aquæ fontis, quoad rubella fiat ac dulcis potio, quam continuo bibebat. Valet optime decoctum hoc, in morbo regio. pag. 562.

Quidam Ictericus sanatus est, edendo omni die pugillum unum absynth. pag. 563.

Recipe rad. rubiæ tinct. unc. ss. fol. chelidon. maj. m. 1. summit. cent. min. p. 1. cinamom. drach. ss. croci scrup. ss. infund. in vini alb. lib. ss. pag. 566.

Puer quidam, 14. annos natus, ictero

tenebatur ſœdiſſimo; huic, poſt purgans medicamentum, ſequens præſcripſi remedium.

Recipe rad. rubiæ tinctorum unc. ſſ. fol. chelidon. maj. m. 1. ſummit. cent. min. p. 1. cinam. drach. ſſ. croci ſcrup. ſſ. infund. per noctem, in vini albi unc. 8. Colaturæ adde ſacch. albiſſ. unc. ſſ. capiat mane, per 5. dies. Deinde reiteretur potio laxans. His ſolis remediis convaluit. pag. 566.

Pro Infanti bimeſtri Icterico.

Recipe rad. rubiæ tinctor. & chelidon. maj. an. unc. 2. fol. chelidon. maj. cent. min. & abſynth. pontici an. m. 2. cinnam. drach. 2. croci drach. ſſ. f decoctio in aq. font. ad lib. 2. in colatura diſſolv. ſacchar. alb. lib. 1. f. ſyrupus, de quo capiat exiguum cochl. mane, per 20. dies, & convaluit. pag. 566.

Vinum album tenue, in quo medianus cortex berberis, per trium horarum ſpatium, maceratus fuerit, in Ictero ſanando, experientia noſtra, principatum obtinet. In Belgio, Ruſtici feliciter icterum curant, Eupatorii canabini decocto. A ſolo canabis ſemine, in la-

cte

cte bubulo pingui, ad crepaturam circiter cocto & colato, atque bis terve in die ad unc. 5. aut 6. ſumpto, plures curavi, ac vidi curatos ictericos. A quovis etiam ſapone, ad drach. 1. circiter, in calente lacte, diſſoluto, & ſacchari tantillo dulcorato, atque bis aut ſemel ſaltem in die uſurpato, icterum feliciter aliquoties curavi. pag. 568.

Mictio, ſuper ſtercus equinum, recens egeſtum, dum calet, ab ægro facta, ſanavit plures ictericos. pag. 569.

Pro Ileo.

Quidam, Ileo laborans, ab Orci faucibus, liberatus eſt, hoc modo. Follem fabrilem ano indidimus, & eo flatus in ventrem immiſimus; quo extracto, infuſum emolliens, cum troch. alhandal. paratum, per clyſterem, ſtatim injici curavimus: quo ſtercora ilico diſſoluta, & demum educta fuere. pag. 570.

Mercurius crudus, rite purgatus, in hoc morbo, remedium eſt præſentaneum, in potu, exhibitus, cum vino Hiſpanico. pag. 571.

Quidam, ex caſtanearum crudarum

ingluvie multa, in omnimodam incidit fæcum retentionem; hic, cum in agone eſſet, & trigido ſudore madidus, & ſtercus, per os, ejiceret; tandem 12. parvas pilulas plumbeas devorandas dedi: quibus dolor aliquantisper quievit. Sed, poſt tres horas, iterum increvit; cumque iterum 18. pilulas propinarem, fæces reddidit: &, injecto clyſtere, ex aqua vitæ, & urina pueri, a dolore, & morbo, immunis evaſit. pag. 572.

Pro Imbecillitate vitium, a nimia Sanguinis profuſione, poſt partum.

Ex Vervecum cordibus, extrahi ſuccum jubeo; qui, ad inſtaurandas vires, miras & excellentes vires habet: prout, & quæ ex ovorum vitellis, vino, ſaccharo, & cinamomo ſorbitio, paratur. (ovum Lombardicum dicitur.) pag. 574.

Pro Immictione, in puero.

Recipe glandes bene exſicc. nº. 12. ſem. papav. alb. unc. ſſ. ſem. portulac. plantag. an. drach. 2. agn. caſt. melon, cucum. cucurbit. citrull. excortic. balauſt. ſantal.

ſantal. citrin. an. drach. 1. liq. raſ. drach. 3. ſacch. albiſſ. unc. 4. m. f omnium pulvis, ſingulis matutinis exhib. drach. 1. duabus horis ante jentaculum. Quo ſumpto, ad duas doſes, cum cereviſia mane, ita ſanatus eſt puer, ut, per menſes ſex, urinam, in lecto, non reddiderit. pag. 575.

Medicus quidam, in Artis operibus, feliciſſimus, in hoc caſu, ſequenti remedio, paratu facili, proſpere eſt uſus. Is accipiebat guttur galli; urebat ita, ut toſtum exſiccatumque teri poſſet. Exhibebat pulviſculum, ſub noctem, ante cœnam, cum tantillo vini rubelli, aut in hauſtu dilutiſſimæ poſcæ. pag. 575.

Lectimingis, familiaris eſt, apud Nos, hic pulvis.

Recipe ſtomach. gallin. maſtich. galang. an. drach. 1. agrimon. ocul. cancr. alchymill. an. drach. 2. cupul. glandium drach. 2. nuc: myriſtici drach. 1. erinacei cum toto combuſt. unc. 1. ſacch. alb. unc. 1. f omnium pulvis. Præ cæteris, laudatur pulvis agrimon. & tunicæ interioris ventriculi gallinæ exſiccat. Quæ, ſeorſum, vel ſimul, mixta, exhiberi poſſunt, cum vino rubro. pag. 576.

Ad

Ad Impetigines, in fronte.

Omni mane, propria ſaliva jejune perfricavi, & ſæpius etiam in die; & ſic tandem evanuerunt, abſque ullo alio remedio. pag. 577.

Pro Inappetentia.

Recipe fol. agrimon. abſynth. vulgar. & cent. min. an. m. ſſ. f decoctio de colatura, capiat lib. ſſ. cum pauco ſaccharo: ita profuit, ut caninam appetentiam induxerat, poſt 5. dierum uſum. pag. 583.

Pro Iſchiade.

Cum mulier quædam intenſiſſimo dolore iſchiadico laboraret, urticam coctam, cum cereviſia, cataplaſmatis inſtar, applicuit; &, ab omni dolore, miraculi inſtar, curata eſt. *Guainerius* ſe expertum pluries ait, ſi, cum urticis mordentibus, ſero & mane, coxa verberetur, inductis puſtulis; deinde aqua ſalſa lavetur: hoc medicamine, plures reſtitutos eſſe. *Rhaſes* ex allio & cœpe locum fricari jubet; poſtea cum aqua ſalſa lavari. Præceptor meus *Fauentinus* ap-

apponebat 4. ventoſas, cum ſcarificatione, ſupra nates, & cauterium actuale cruri lateris affecti. Admoveatur oxycratum coxæ, quod ſolet mirabiliter prodeſſe. pagg. 589. 590 593.

Purgationes fortiores hic locum habent, ut caryocoſtinum, pil. de hermadactylis, & ſimilia. Mercurius d, cum diagridio, vel aliis purgantibus, frequenter exhibitus, humorem iſchiadem potenter eradicat: ſed Vomitoria, a multis, præferuntur. pag. 591.

Pro Iſchuria.

Mirabile eſt hoc experimentum, quo uſus eſt quidam, in Iſchuria adeo vehementi, ut 5. dies urina ſuppreſſa maneret. Sumebat duas treſve ſquibalas ſimi equini, ponderantes unc. 2. cum vino calido rhenano. Colabat per pannum lineum, quam colaturam una doſi ſumebat, & ſtatim mingebat, & convaluit. pag. 594.

Mercator quidam, ab octiduo, ſtagnantem urinam paſſus, jam morti vicinus, diureticum ſumpſit, ex ſucco millepedum, & ſucco conchiliorum nigrorum, cui gr. 1. cantharid. incoxe-

rat. Integro hauſtu bibitum. pag. 594.

Potus vini alkikengi Cardinalem quendam, iſchuria per 4. dies laborantem, curavit. pag. 595.

Pro Lienis Obſtructione.

Cum villicus quidam lienoſus ſiti maxima torqueretur, jus cum tribus aut quatuor guttulis ſpiritus vitrioli ſumens, ad temperandum immodicæ ſitis æſtum; Ex hac potione, ventre ſoluto, plus quam quadragies ſiti & obſtructione lienis liber convaluit. Ita, in multis caſibus, res eveniunt inxpectatæ. pag. 611.

Pilulæ tartareæ *Bontii* hic conveniunt; quæ ſic parantur.

Recipe aloes ſuccotrin. el. drach. ʒ. gummi ammoniaci cum aceto ſcillitico depur. unc. 1. ſſ. tartar. vitriol. ſcrup. 1. ſſ. f maſſa. ſ. a. doſis, a ſcrup. 1. ad drach. 1. mane, vel ſcrup. ſſ. ante cœnam. maximj ſunt levaminis, in morbis tartareis; ut ſunt affectus hypochondriacus, obſtructio Lienis, & Meſenterii, &c. pag. 612.

Pro

Pro Lienis Tumore.

Quædam, per 20: annos, ſplenetica, & tumore Lienis duriuſculo, laborans, ſolo continuo eſu capparum, convaluit. pag. 615.

Pro Lochiis ſuppreſſis.

In puerpera, Lochiis ſuppreſſis, uſus ſum hoc decocto;

Recipe hord. mund. m. 1. liq. raſ. unc. ſi. ſchænanth. drach. 1. ff coq. in aqua ad lib. 1. id quidem, vel in febre, non obeſt; & ſimul purgationes ſopitas aperit. Debilioribus, drach. 1. ſchænanthi, in jure pulli, bullire jubeo. At, in robuſtioribus puerperis, ſi menſes diu retineantur, vena tali incidenda; ut, in quadam, cum maximo ſucceſſu, fecimus. pag. 621.

De Loquela amiſſa.

Relatum eſt, *Maximilianum*, *Frederici* tertii Imperatoris filium, ad nonum ſuæ ætatis annum, prorſus elinguem & mutum fuiſſe; ſed tamen, beneficio Naturæ, non ſolum ſermonem acquiſiviſſe, verum etiam fuiſſe eloquentiſſimum:

Nam, in ipſo, exiſtimandum eſt vitium originem duxiſſe, ex larga humiditate, quæ, ætatis progreſſu, conſumpta fuit, pag. 622.

Pro Lue Venerea.

Præmiſſis purgatione, & venæ ſectione; conficiatur, hoc modo, unguentum efficaciſſimum: quod nunquam *Rondoletium* fefellit.

Recipe unguenti martiati & aregon. ana. unc. 3. axungiæ porcinæ non ſalitæ, nec liquatæ, lib. 1. ol. chamem. aneth. an. unc. 1. ol. laurini unc. 1. argenti vivi unc. 5. terebinth. reſin. an. unc. 2. m. f unguentum. Quo ungantur partes extremæ, & ſenſim provocetur ſudor, coopericndo, vel apponendo lateres. Si una adſint ulcera, addantur thus, maſtiche, iris, & alia, hoc modo.

Recipe axung: porcin. lib: 1. butyr. rec. terebinthin. lotæ, in aqua vitæ, an. unc. 2. reſin. & unguenti martiati an. unc. 3. argenti vivi unc. 5. thur. maſtich. irid. an. drach. 3. virid. æris drach. 2. ol. laurin. & irin. an. unc. 3. lythargyr. auri unc. 1. m. f. linimentum. Multi curati ſint, in Noſocomio *Delphenſi*, hoc unguento. *Recipe*

Recipe ſulph. vivi drach. 1. argenti vivi drach. 6. ceruſſ. tartar. alb. cinnabar. an. unc. ſſ. lythargyr. auri & argenti, plumbi. an. drach. 2. ſal. drach. 1. rad. hellebor. nigri & albi, bacc. lauri, camphor. an. drach. 2. ol. laurini unc. 4. axung. porcin. unc. 3. ſucc. fumariæ, rad. lapath. acuti enulæ ſcabioſ. chelidon. borrag. an. drach. 3. bulliant, cum oleo, & axung. ad ſuccorum conſumptionem. Deinde admiſce argentum vivum, cum ſaliva extinctum, & reliqua. Hoc unguento indifferenter, pro omnibus, utebantur. 5. diebus; ſemel in die, mane ſcil. in cubiculo, valde calido & parvo: inungebant brachia, crura & inguina, & ſemel umbilicum tantum, & tum faciebat fluxum. Hoc unum ante oculos habendum; quod, ubi plus gummoſitatum videtur, plus pinguedinum unguento addimus; ubi vero minus gummoſitatum, & plus puſtularum, & ulcerum, plus pulverum apponimus. pag. 626.

Nos experientia didicimus, quod fere 5to, vel ad ſummum 6to die, etiamſi ſemel tantum in die inungantur, alterationes oris fiunt, cum evacuatione;

& Ego multos curavi, quos nisi quinquies illinivi, semel tantum in die: & raro, ultra 5. dies, inungere jubeo. Mirabile est, quod *Nicolaus Massa* refert, se unum sanasse, qui a pluribus jam inunctus fuerat, & non sanatus; quem, per 37. dies, inunxit, & liberatus fuit. Et ideo, inquit, non potest dari certa regula, de numero dierum unctionis. Sed valde miramur, quod toties ausus fuerit inungere. Fiat unctio, ante focum, in cubili clauso. Postea junctura stupa canabina calida cooperiantur, & ligentur, & ingrediatur lectum; cooperiaturque, ut sudet, per duas horas. pag. 627.

Ab initio Curationis, ad finem usque, continuus debet esse usus, decocti sequentis.

Recipe rad. sarsæ unc. 4. rad. chinæ unc. 2. polipod. querni & cichor. an. unc. ss. infund. in aq. lib. 10, per 4, horas, coque deinde sub finem addendo pulv. tartari albi drach. ʒ. fol. fragar. pimpinell. an. m. 1. liq raf. unc. ss. cinam. drach. 1. f ebullitio & s. a. decoctum. Quod præcipuum est alexiterium luis venereæ, nec ingratum gustui, ut olim

ex

ex guaiac. parabantur. bibat; de hoc decocto, lib 4. vel 6. in die. pag. 632.

Guairinerius juvenem vidit, qui, cum a lue recenti convaleſcere, per potiones guaiaci ex aqua, non potuiſſet, ab antiqua liberatus eſt, per ejuſdem potiones, ex vino. Solet ille accipere ligni guaiac. lib. 1. aq. lib. 7. facta maceratione, per 3. dies, decoquere uſque ad aquæ fere conſumptionem; deinde conjicere vini lib. 3. ſſ. & colaturam facere, per expreſſionem. pag. 632.

Quantitas argenti vivi, in unguento, hæc fere obſervatur; ut, pro lib. 1. unguenti, accipiantur ejus unciæ duæ, ſingulis vicibus unc. 2. vel 4. unguenti uſurpentur. pag. 634.

Sine ptyaliſmo, poteſt aliquando hic morbus curari, in hunc modum. Purgetur patiens; poſtea balneetur; dein rurſus purgetur; pro potu, utatur decocto ligni, in juſculis ſarſa, & pulvere ſarſæ, & ſem. dauci, in pane. pag. 640.

Pro Lumbricis.

Puerulus quidam, 3. annorum, per multos dies, vexatus eſt, alvi fluxu, &

& nauſea fere perpetua, cum febre acutiſſim. quæ, a Lumbricis, in ventriculo, & inteſtinis, contentis, exoriri videbantur; ipſi tandem exhibui calomel. Turqueti gr. 12. ſtatim ceſſavit nauſea, & toto fere die dormivit. In excrementis, inveniebantur fruſtula vermium putrefacta, in maxima copia; & ſic curatus eſt: ut aliis remediis non indiguerit. pag. 643.

Puellus, 4. annorum, Lumbricis valde obnoxius laborabat inappetentia, nauſea, pruritu narium, ſiti, inflatione ventris, cum torminibus, & febre; huic exhibui Mercurii d. gr. 12. cum diagrid. gr. 5. poſt duas horas, ab aſſumpto remedio, 20 circiter Lumbricos, per alvum, rejecit; & æger convaluit: pag. 644.

Aqua communis, bullita cum argento vivo, pauco & innoxio potu, omnes interimit vermes. Utile eſt ſequens cataplaſma. *Recipe* farin. lupin. unc. 2. myrrhæ, aloes an. drach. 2. fell. bovis q. ſ. ol. abſynth. unc. 2. m. f cataplaſma, pag. 645.

Inter omnia remedia, vermes necantia, facile Principatum obtinet, juxta

Sen-

Semuertum, corallina herba, ſeu muſcus marinus; ex qua, in *Italia*, circumforanei pulverem ſuum conficiunt, &, ad miraculum uſque, vermes necant. doſis, drach. 1. pag. 646.

Recipe ſucci rutæ unc. 4. capiat, per triduum; & certo certius, per inferiora, vermes trudet. Hoc, Nobiliſſimæ Dominæ, poſt multa, incaſſum uſurpata, remedia, & tantum non morienti, mirifice profuit; ut ipſa, Clariſſimo Domino *Cuningham*, faſſa eſt. pag. 647.

Tanaceti ſemen, cum ſyr. viol. tribus matutinis, exhibitum. puero, 4. annorum, lumbricis laborante, plus quam centum lumbricos, pedalis longitudinis, excrevit: &, ſubito a febre, & omnibus ſymptomatis, liberatus eſt. pag. 646.

Puer quidam cum eſſet in mortis periculo, a Lumbricis, drach. ſſ. ſem. portulac. tritæ, cum lacte, ſumpſit; & excrevit Lumbricos multos; & liberatus eſt. pag. 647.

In puero, vermibus laborante, Clar. D. *Wedderburnus*, poſt biduanam exhibitionem, decocti cent. min. abſynth: fol. ſen. & rhei, umbilicali regioni appli-

cuit empl. ex myrrha, & pice burgundica; &, ea nocte, 6. excreti sunt vermes. Nocte sequente, pulverem bezoar, & Dominæ de *Kent*, exhibuit. 3. inde excretis vermibus. Euema tandem, ex lacte & lem. contra. injectum, & 4 excrevit; & sic sanus evasit. pag. 647.

Pro Macilentis.

Quidam jubent corpus, cum virgulis, verberari; quousque rubeant eorum carnes: id enim calorem roborat, & attrahit. pag. 649.

Pro Mammæ Inflammatione.

Puerpera, mammæ inflammatione, laborans, intra paucos dies, his duobus remediis, sanata est. Primis diebus, facta fuit Embrocatio, ex duabus partibus olei rosati completi, & una omphacini; sequentibus diebus, admotum est, bis in die, unguentum, de Althæa. pag. 651.

Juvenis mulier, circa nonum graviditatis mensem, correpta est tumore, mammæ sinistræ; cum tensione, rubore, & pulsatione. Vocatus Chirurgus, cataplasma, de mica panis, admovet; unde

unde tumor admodum increvit. Vocatus ego (*Reverus*) cataplasma præscribo, ex farina fabarum, cocta in oxycrato, sæpe immutandum: & sic inflammatio ablata est: &, intra paucos dies, tumor evanuit. pag. 651.

Pro Tumore mammarum, ex lacte retento.

Nullum æque præsentaneum, & efficax, est remedium, ac Empl. de Sperm. Ceti Mynsichtii. pag. 652.

Pro Maniaca.

Ad Empiricum quendam rusticum, qui maniacos curare solebat, devecta est. Septuagesies, una septimana, venis, diversis in locis, apertis, atque universo pene illi sanguine detracto, ab eo fuit curata. pag. 653.

Alteri, clysterem acrem infudi; deinde venam, in cubito dextro, incidi. Post cœnam, nonnihil laudani exhibui. Frontem, & tempora, ol. ros. & viol. inunxi. Ea nocte, quietior fuit. Sequenti die, ad scrup. 1: extracti melanogog. & decocti polipod. fol. sen. beton. cuscutæ scabios. &c. exhibui. Vo-

muit bis terve. Et alvus quinquies. Subducta fuit: huic impetus ille Maniæ aliquo modo remisit. Eodem die, post cœnam, Laudanum, confectioni alkerm. mixtum, exhibui. Quievit, satis bene; & penitus mente constabat. Post aliquot dies, cum melanogogum aliquoties reiterassem, & extractum hellebori nigri semel atque iterum exhibuissem, in totum, restitutus fuit. pag. 653.

Maniaci aliquando curantur, submersione in aqua; sive dulci, sive salsa. Aliis non juvantibus, tentari poterit transfusio sanguinis vitulini, ex arteria vituli crurali, in venam brachii maniaci. Ut nuper feliciter facta fuit *Parisiis*. pag. 656.

Tinctura fl. hyperici, egregium est medicamentum, in Mania, intra sumptum. pag. 657.

Pro Melancholia.

Crationis emulsio Margarit. ad Melanch. unice confert. Sic paretur.

Recipe margarit. præp. drach. 2. chrysolythi præp. drach. 1. commiscentur, cum julepo rosato. Et addantur aquæ borrag. e floribus, in vitreo vase destillatæ,

latæ, unc. 3. syr. de borrag. unc. 2. aq. cinnam. unc. ff. m. sumat, de hoc, singulis diebus tria cochlearia: maxime, dum malum molestat. pag. 659.

Valesius, de *Taranta*, plurimum commendat, in hoc morbo, pulverem Haly; qui sic paratur;

Recipe summit. Epithymi unc. ff. lap. lazul. præp. agar. troch. an. drach. 2. scammon. drach. 1. caryophyll. nº. 30. m. f pulvis, qui, semel in septimana, datur, a scrup. 1. ad scrup. 4. pag. 659.

Trepanatio sæpius curavit melancholiam; cerebro sic eventilato. pag. 659. 660.

Bibat vinum dilutum, cum aqua helenii; helenium enim miram habet virtutem, & proprietatem, ad hilaritatem, & gaudium excitandum: quod multi, pro secreto, habent. pag. 660.

Mulier quædam, cum optime semper valeat, post partum, ilico Melancholia morbo afficitur; &, per mensem insana permanet: sed postea, paucis exhibitis præsidiis, ad consuetam sanitatem revertitur. pag. 664.

Pro Menſium fluxu immodico.

Matronæ cuidam, quæ menſes copiolos ita habebat, ut in ſyncopen quaſi incideret, mulier quædam exhibuit tria cochl. aquæ plantag. cum tribus cochleariis vini rubri, adjiciendo vitellum unius ovi, leviter tamen ebulliendo. Singulis diebus, omni mane, totum ſumebat, ſuper dormiendo. Vix duobus diebus, aut tribus, cum ſumpſiſſet, fluxus ille enormis ceſſavit; & ſanitati fuit reſtituta. Hoc eodem remedio, poſtea plures, a fœdo illo malo, per me, liberatæ ſunt, Deo juvante. pag. 668.

Recipe ſem. hyoſciam. alb. ſem. papav. alb. an. drach. 1. hæmatit. corall. rubr. an. drach. ſſ. camphor. ſcrup. ſſ. m. ſumat, mane & veſpere, drach. ſſ. pag. 669.

Exhiberi jubeo drach. 1. pulveris, ex putaminibus ovorum combuſtis, in juſculo; unde fluxus imminutus eſt, intra paucas horas; ac, ſequenti die, iterato remedio, omnino ſuppreſſus eſt. Alteri ſuaſi, ut ſucci urticæ depuratæ unc. 4. mane & ſero, per biduum, ſumeret:

ret: qno ſanguinis fluxus omnino cohibitus eſt, ac convaluit. pag. 669.

Burſa paſtoris contuſa, & mulieri ſuppoſita, experimentum optimum eſt, ad conſtringendum quemlibet ſanguinem, a matrice fluentem. Ad conſtringendum menſtrua alba, aqua plantag. bibita mane, per aliquot dies, eſt res probata; qua multæ curatæ ſunt. pag. 670.

Secundina exſiccata, & pulveriſata, exhibita, menſes, nimium fluentes, paulo poſt ſiſtit. pag. 671.

Ancilla quædam, cum fluxu menſtruorum nimium laboraſſet, nec ſiſti potuit; jaſpidem rubram femori alligari juſſi: quo facto, ſubito menſium fluor ſubſtitit, nec rediit. pag. 671.

Ludovicus Septalius decoctum corticum aurantiorum, tanquam remedium certum, commendat, in fluxu menſium immodico Ita parat *Recipe* aq. lib. 7. in quibus, incoque cortices trium aurantiorum acidorum, aliquanto adhuc ſubviridium, ad duarum partium conſumptionem ex colatura, unc. 8, vel 9. mane potandæ dentur. pag. 672.

Pro

Pro Mensium Suppressione.

Utatur familiariter pilulis *Heurnii*, ita; *Recipe* aloes unc. 1. myrrh. gentian. aristol. dictamn. croci an. drach. ß. rubiæ maj. mithridat. an. drach. 1. cum syr. de artemis. f massa. Capiat, pro dosi, pilulas 4 vel 5, quotidie mane, 10. vel 12. matutinis continuis, ante solitum tempus purgationis menstruæ. pag. 675.

Quædam mulier, per 8. annos, maritum habuit, illi nunquam fluxerunt menses, nisi cum prægnans esset: & cum fluere inciperent, jam certa erat, quod esset prægnans. pag. 679.

Empiricus quidam, in mensibus obstructis. cachexia, & hypocondriacis affectibus, feliciter exhibebat florem sulphuris, cum spiritu sulph. in pilul. redactum: & mirum, quantum inde purgati sunt ægrotantes, ut quandoque in diarrhœam inciderint. dosis, scrup. 1. ß. sulphuris. pag. 680.

Recipe pomum Aurantium; deme aliquid, ex meditullio; tum inde croci drach. ß. cooperiatur, & apud ignem torreatur, & pulverisetur; commisc. cum

cum vino albo ; & capiat, instantibus menstruis, per triduum, bis in die, si fieri poterit: si tarde erumpant, ipso eruptionis tempore, capiat ter. Hoc profuit Illustrissimæ Dominæ, postirrita multa alia. pag. 680.

Pro Morbillis.

Cum, in gutture, morbilli magis emergerent, non sine magno dolore ac calore, ut sese suffocari clamaret; Mandavi, ut continuo, cum lacte caprino, & aqua plantag. simul mixtis, tepide gargarisaret: quod, miraculi instar, profuit. Præservat maxime, ab Angina, & suffocatione; estque Oris, & Gutturis, præsentissimum remedium, cum signa Exanthematum se produnt. pag. 691.

De Nephritide.

Observavit *Jo: Heurnius*, in cadavere D. *Marnixi Aldegundis*, in altero rene calculos parvos 70, in altero 80; qui nunquam tamen, de ullo Nephritidis symptomate, conquestus fuerat: ita firmiter, carni renum, impacti hærebant. pag. 700.

Pro Nyctalopia.

Quendam patrem-familias, Nyctalopem factum, vidimus; qui, post occasum Solis, quotidie cæcus factus, in ludibrium, apud domesticos, venerat, cum magna honoris, & rei domesticæ, jactura, qui, fere ad desperationem ductus, tandem convaluit: sumendo aliquoties, ante cibum, hepar anguillæ assatum. Hoc eodem remedio, postea duos simili malo laborantes, feliciter ad sanitatem perduximus. pag. 703.

Pro Obesitate.

Laudant aliqui, maxime in æstate, per plures dies, cyathum unum aceti mane; nam potenter corpora siccat, & emaciat. pag. 704.

Nobilem virum, adeo pinguem, vidi, ut equo insistere nequiret, quin statim dormiret, nec loco fere moveri posset; qui tamen nunc pristinum habitum recuperavit, & sanus evasit: sola masticatione, fol. Tabaci. pag. 704.

A quibusdam, usus aceti commendatur; sed ventriculum, & intestina, lædere potest, cum sit membranosis omni-

omnibus partibus infenſum: eo tamen feliciter uſus eſt, ad corporis ſui extenuationem, *Chiapinius Vitellius*, Generalis Caſtrorum præfectus, teſte *Strada*; qui ait, de illo, quod vinum ſua ſponte ſibi interdixit, acetum exinde, ad vitæ uſque finem, bibere perſeveravit: effecitque, ut, detumeſcente ventre 87. librarum decreviſſe pondo compertus ſit. Novi ego hominem, qui, ex obeſo & craſſiſſimo, gracilior evaſit, detracta ſcil. panis portione, quem quotidie copioſum comedebat: in panis locum, major carnis quantitas exhibita eſt. pag. 705.

Notiſſimus hic Tribunus militum, ſexagenario major, pinguedine nimia diſtentus, ut aliis gravis, ſibi inviſus, eſſet. Poſt alia remedia, fruſtra tentata, tandem in Mercurio d. opem ſollicitavit, & invenit. Sed fere 5to anno iterum rediit morbus; & ſemper, a Mercurio, curam impetravit. pag. 705.

Pro Ophthalmia.

Medicamento, ex ovi candido, inſtar aquæ, concuſſo, quo nos uſi ſumus, Veteres, magna conſideratione, utebantur;

tur; cum minimè mordens ſit, & glutinoſus. pag. 715.

Ad Ophthalmiam, maxime valet crocus metallorum; in hunc modum;

Recipe croci metall. drach. 1. aq. euphraſ. unc. 4. crocus tenuiſſime pulveriſetur; ut fiat pulvis impalpabilis, & m. cum prædicta aqua: dein, quater in die, corpore ſupino exiſtente, inſtillentur, intra oculos, 4. guttæ tepidæ. pag. 716.

Ruſticus quidam, Ophthalmia inveterata laborans, ex Medici præſcripto, victu refrigerante, & aquæ potu, longo tempore uſus fuerat, ſine ullo levamine; tandem, ab alio Ruſtico, perſuaſus fuit, ut victum illum refrigerantem deſereret, & vini potui indulgeret: &, intra paucos dies, eodem vini potu continuato, ab Ophthalmia prorſus liberatus eſt. pag. 716.

Puella quædam, Ophthalmia utriuſque oculi, poſt variolas, adeo laborans, ut de viſu perclitaretur, ſetacei uſu curata eſt brevi. pag. 717.

Hiſtoria notabilis, de quodam, qui Opii crudi ſumpſit grana 31. &, medicamentorum ope, intra 24. horas, curatus eſt. pag. 714.

Pro

Pro Opii veneno.

N. N. Optimæ ſpei juvenis, felicique ad artes liberales ingenio, ægerrime ferens, quod ægritudo corporis, in conformatione tota conſiſtens, vix ulli quam ſibi conſpicua, pro voto, curari non poterat, mœſtitiæ, ſolitariæque vitæ, jam a longo tempore, ſe totum tradidit. Tandem, Melancholia, veriùs Pertinacia, Rationem ſuperante, mori, apud ſe, certo decrevit; In quem finem, propoſiti tenax, circa horam decimam diei Mercurii (qui 14. erat menſis Maii 1684.) deglutit opii crudi grana triginta & unum; ſuſpicione, de veneno aſſumpto, obortâ, circa horam undecimam, ad illum advocor. Faſſus quidem eſt, ante meum adventum, ſe toxicum hauſiſſe: quod Mors ipſi vita longe præferenda videbatur. Sed, nec minis, nec amicorum ardentibus precibus, obtineri poterat, ut, quonam uſus eſſet veneno, propalaret. Poſt tres tandem, ab opio aſſumpto, horas, confeſſus eſt, ſed ægre, tum quid, tum quantum ceperat. Emeticum ſtatim propinavi, ex unc. 1. ſſ. infuſ. croci

metall. quod non nisi ob minas intentatas coactus ebibit: multa ad gustum amara & sæpius evomuit; &, ut ipse mihi fatebatur, plurima etiam Opii frustula. Circa tertiam pomeridianam, & deinceps, in somnum valde propensus erat. Sed, quod somnum omni arte arcendum edixerim, id unice curabant assistentes, ne obreperet: ad loquendum, continuo invitando, corpusque stimulando. Spirituum c. cervi, ad gttas 15. sæpius exhibui, cum julapii sequentis cephalici cochl. 2. quod

Recipit aq. cerasor. nigr. pæon. an. unc. 2. ss. aq. antepileptici Langii unc. 1. spirit. Lavendul. comp. & aq. Theriacal. an. unc. ss. castor. in nodulo ligat. drach. 1. syr. fl. caryophyll. & de pæon. an. drach. 5. m. clysterem item purgantem, hora octava, injiciendum curavi, qui optime & pluries per inferiora eduxit. Ptarmicum etiam ex pulvere fl. lilii convall. ordinavi. Tantum habuere hæc præsidia (Deo benedicente) successum, ut nondum absolutis, ab assumpto veneno, 24. horis (quod mirum, & valde notandum) ad integram sanitatem redierit, pag. 714.

Pro

Pro Ozæna.

Unguentum, pro Ozæna, præſtantiſſimum, ita ſe habet; *Recipe* ſucci geranii ſolani ſempervivi an. pt. æq. lythargyr. auri, plumbi, uſti lap. calamin. ceruſſ. an. drach. 2. indantur in mortarium, affuſo cochleari. 1. olei roſ. & ſucc. ſuperioris alternatim probe agitando, donec, in unguentum, coeat. ſic habebis, in Ozæna, etiam malignitatem ſpirante, unguentum pretioſum. Turundæ, eo illitæ, naribus indantur. pag. 723.

Pro Paralyſi.

Frequens illinitio, facta ſuper membrum affectum, cum Theriaca diateſſaron, eſt, de Meis Expertis.

Vehemens Iracundia, Paralytico, ſalutem quandoque affert; quod *Tito* Imperatori accidit. pag. 731.

Quia *Paſſavanti* pulvis excellens eſt, nec omnibus notus; ejus deſcriptionem hic annectere placet.

Recipe fol. ſen. mund. drach. 3. turbith. gummoſi drach. 2. rhei el. drach. 1. liq. ſem. aniſ, fænic. an. drach. ſſ. ſpic. indic. gr. 8. f omnium pulvis tenuiſſimus.

detur,

detur, a scrup. 2. ad scrup. 4. pag. 419.

Syrupus Sti *Ambrosii*, sudorem excitando, paralyticos sæpe curat. pag. 732.

Columbæ, maxime sylvestres, in hoc affectu; conveniunt, pag. 734.

Flores lavendulæ, in vino adusto, vel sublimato, infusæ, pro paralysi linguæ, maxime valent, per aliquot dies, mane, & vespere, accipiendo unc. 1. pag. 736.

Remedium singulare, in paralysi, post optime purgatum corpus, est, corpus lacerare, urticis pungentibus. pag. 737.

Vulgare hoc est, quod multis profuit.

Recipe aq. vitæ simpl. in ea macera aliquamdiu flores calendulæ, Macim castoreum, cum croci momento. Ejus exhib. cochl. 1. eodem liquore, resoluta membra perfricare, juvat. pag. 737.

Pro Paronychia.

Juvat, digitum immittere, in aurem felis. pag. 742.

Pro partu difficili.

Nuper, cum mulierculæ quædam parere non poterant, in ipsa parturigine,

ne, juſſi plurimis mollem clyſterem injici inteſtinis, ac ilico peperere. Clyſter fiat ex decocto herbarum emollientium, ut malv. alth, parietar. chamæmelæ thapſi barbati artemiſ. colat. add. ſacch. oleum amygd. d. & drach. 1. ſalis. Ubi parturigo non ſuccedit, ſalutaris eſt ſternutatio: ſed antea propinamus hoc remedium, quo, ſummi Dei beneficio, plurimas liberavi.

Recipe cinam. el. unc. 2. ſſ. myrrh. opt. ſcrup. 2. ſuccin. albi drach. 1. ſſ. rubiæ tinctor. caſtor. an. ſcrup. 1. boracis ſcrup. ſſ. croci gr. 5. m. f. pulvis ſubtiliſſimus. capiat drach. 1. cum vino albo & ſaccharo. pag. 746.

Non præteribo auxilium præſtantiſſimum, cujus ope, plures, in agone, poſitæ, fœtus vivos, vel mortuos, feliciter excluſerunt, laborioſo partu oppreſſæ. Hoc conſtat. ex boracis officin. drach. 1. tenuiſſ. pulveriſata; quam, ſi cum unc. 3. aq. artemiſ. aut generoſi vini, bibas, miram invenies utilitatem. Jecur, cum felle anguillæ, ſiccatum, & pulveratum, in vino potum, magnitudine avellanæ. in partu difficili, optimum eſt Medicamentum. pag. 747. 748.

Pro doloribus, a partu.

Exhibuimus cerevisiam, in qua, flores camomill. decocti erant; maximo cum successu. Alii capiunt unc. ʒ. ol. amygd. d. rec. cum saccharo; & ilico, a dolore, post partum, liberat. pag. 749.

Pro Fluxu Sanguinis, ante partum.

Scribæ cujusdam uxor, ante octavum partum, circa noni mensis medium, enormem sanguinis, per uterum, patiebatur fluxum; qui, 6. diebus continuis, illam pessime habuit, & afflixit: ita ut, ab omnibus, pro deplorata, haberetur: plurimis incassum adstringentibus, a plus satis officiosis mulierculis, tam intus exhibitis, quam extra admotis. Tandem, ad suppetias, illi, in tantis angustiis, constitutæ, ferendas, advocor. Accedens, ægram reperi, animo sæpius deficientem, summe debilem, viribusque dejectis, ac, de se, saluteque sua, prorsus desperabundam. Omnibus serio apud me perpensis, in eam demum deveni sententiam, Hæmorrhagiam hanc, non nisi fœtu excluso, reprimi posse, totamque salu-

ſalutis ſpem in eo ſitam; ut quamprimum, omnique arte, acceleretur partus. Remoto igitur, quod lumbis applicitum erat, emplaſtro, ut hunc ſtatim julepum ebiberet, imperavi. *Recipe* aq. artemiſ. & cinnam. ſine vino, an. unc. 1. ſſ. boracis miner. ſcrup. 1. ſyrup. de artemiſ. unc. 1. m. f julepus. Quo epoto, adeo promoti ſunt partus dolores, & tormina, ut, intra 3. horas, ſummi Dei beneficio, feliciter pareret; ſuppreſſo paulatim, a partu, ſanguinis fluxu; priſtinamque exinde ſanitatem recuperaret. Idem conſilium, Nobili cuidam Matronæ, in conſimili caſu, ſalutare proficuumque deprehendi. pag. 751.

Pro Pectoris abſceſſu.

Tumore, ad ſuppurationem, verſo, pus attraximus, beneficio ſequentis Emplaſtri.

Recipe reſin. pin. rec. claræ & odoratæ, lib. 1. ol. laur. & terebinth. an. unc. 2. gummi elemi unc. 4. f empl. ſ. a. extend. ſuper alutam, & vulneri apponatur. mutetur, hyemis tempore, ſemel tantum, in die; æſtate vero bis: & mi-

rabilia videbis. Debet, in medio, perforari, inciſuris duabus, aut tribus longis, ut pus attractum facile effluat. pag. 751. 752.

Pro Pernionibus.

Fotus calidi cineris maxime laudatur; quo remedio teſtatur *Falloppius* ſe, a pernionibus, liberatum fuiſſe. Fovebat pedes, cum ibat dormitum. pag. 756.

Fotus calidi cineris, pro Pernionibus, maxime laudatur. Frequens uſus eſt, ut excavetur rapa, uſque ad fundum. infund. ol. roſ. & terebinth. an. unc. 1. ſupra calidos cineres, ponatur rapa; bulliat, ad medietatem; & inungantur loca, hoc liquore, bene calido. Laudatur etiam rapa fervens contuſa. pag. 756.

Pro Peſte.

Neminem, [quod notandum] eorum, qui fonticulos, in brachiis & cruribus, habuerunt [præter duos ſumme cacochymicos] peſte obiiſſe memini; & proinde præſentaneum præſervativum eſſe, tempore peſtis, cum in aliis multis, tum in meipſo, obſervavi. pag. 760. 779.

Cele-

Celebratiſſimus, &, in Xenodochiis, multa laude conſpicuus, eſt hic pulvis, doctori *Heſſo* adſcriptus.

Recipe ſacch. candi. drach. 3. zinzib. alb. drach. 2. camphoræ drach. 1. m. f. pulvis. doſis, drach. 1. ex liquore conveniente. Ego, pro Zinzib. zedoariam ſubſtituerem. Sane Camphora mirabile eſt, & efficax, alexiterium; &, meo quidem judicio, plus, (tempeſtive data) virium obtinet, quam pretioſa quælibet Medicamenta Bezoardica. Hoc ſemel inſigniter, ac momentanea quaſi vi, admirabundus profuiſſe vidi. pag. 769.

Aqua theriacalis, qua ſemper cum feliciſſimo ſucceſſu uſus eſt *Diemerbroek*, in peſte *Noviomagenſi*, ita parabatur.

Recipe rad. imperator. petaſitid. angelic. carlin. valerian. an. unc. 2. ff. rad. enul. camp. cort. aurant. ſicc. an. unc. 3. fol. ſcord. abſinth. an. unc. 2. card. ben. unc. 3. fl. roſ. rubr. unc. ff. ſtæchad. drach. 3. bacc. juniperi unc. 2. ff. granor. cardamom min. drach. 5. cinam. el. unc. 1. hæc omnia ſumantur ſicca. conſcind. ſimul & groſſo modo contundantur; iiſque affundantur, in cantharo lapideo,

vini albi rhenani vel gallici tenuissimi lib. 22. aq. ros. lib. 2. vase bene obturato, stent in infusione, decem diebus. Tunc addantur hæ virides herbæ, & recentes conscissæ, fol. rutæ m. 6. tanaceti m. 4. melis. roris mar. pimpinell. an. m. 1. ss. maneant simul in infusione adhuc per 8. vel 10. dies, quotidie baculo commovendo: postea affunde succi citri lib. 2. & stent adhuc per quatriduum; postea, super ignem, leviter semel ebulliant & colentur, & in torculari fortissime exprimantur. Colatura expressa destilletur in B. M. per alembicum vitreum: Hæc est nostra aqua theriacalis, quæ maximarum est virtutum; quæ non tantum veneno pestilenti resistit, cor a malignitate defendit, & sudores movet; verum etiam, in debilibus, jam labescentes vires, miro modo, corroborat. pag. 775.

Quid censeam, de lapidis Bezoardici usu, in peste, scire cupis. Scio quosdam esse, qui non usque adeo magni faciunt medicamentum, præsertim in Peste; Ego tamen illud, non solum in hoc morbo, verum etiam in Variolis, Morbillis, Febribus malignis, imo & in con-

contumaciſſima quartana, præſtantiſſimum eſſe non raro expertus ſum. pag. 761.

Certum eſt, Deum ſibi reſervaſſe ſoli remedium, contra Peſtem. Multa, uſu tot annorum, didici; ſed, nulli rei, præter divinæ benignitati, commendare ſalutem meam, in tali periculo, poſſum. quare, de expertis remediis, in hoc caſu, non libenter Scribo. Ita pie loquitur *Jo. Crato.* pag. 765.

Genuinum alexipharmacum Peſtis, apud Deum ſolum, repoſitum, cum *Cratone*, Credo. Et, cum *Heurnio*, ingenue fateor, quod, in peſte, nihil peſtilentius, multis remediis. pag. 767.

Aqua Theriacalis *Plateri*, quæ, in Peſtis curatione, tantopere profuit, ita paratur.

Recipe rad. tormentill. lapp. maj. pimpinell. ſuccis. valerian. maj. an. unc. 3. rad. imperator. angelic. dictamn. gentian. ſerpentariæ, an. unc. 1. cæpar. mund. a cortice. nuc. viridium. ſcabioſ. verben. calendul. cum fl. rutæ. acetoſ. card. bened. an. m. 2. camphoræ drach. 1. fl. aq. vitæ unc. 1. vini alb. generoſ. menſ. 1. ff. ſeu lib. VI. aceti roſ. unc. 2. mi-

mithridat. unc. 1. destill. dosis maxima unc. 2.

Pro Pestis præservatione.

Ad præservationem, sequentibus pilulis, per vices, utantur. *Recipe* aloes rhei an. drach. 2. agar. myrrh. an. drach. 1. rad. gentian. zedoar. an. scrup. 1. croci scrup. ss. pulveris. & cum syr. ros. solutiv. cum sen. f massa pilul. pag. 762.

Quidam, ad præservationem, a peste, laudant, propria experientia, urinam propriam, jejuno stomacho, mane, ad cyathum unum, epotum. pag. 763.

Ad peste afflictum invisendum vocatus, simul ac cubiculum ejus intrarem, statim pessimum excrementorum (alvi enim fluxu laborabat) fœtorem naribus percepi, a quo graviter affectus fui. Post brevissimam visitationem, domo rursus egressus, ilico me, vertigine, nausea, & cordis anxietate, affectum sensi; ita ut pestilens contagium me concepisse non dubitarem. Quapropter, postpositis omnibus negotiis, statim me domum contuli, atque tabaci optimi ʒ. sexve fistulas fumi suctione exhausi; cujus usu, omnia prædicta symptomata ita penitus eva-

evanuerunt, ut ne minimum quidem mali amplius ſentirem. Tunc rurſus foras prodire, & reliquos ægros inviſere, volens, theriacæ drach. 1. præſumpſi, atque ita deinceps optime valui. Illud ipſum, durante hac Peſte, mihi ter quaterque accidit; ut ſtatim ſimulac me, aliquam contagionis labem, concepiſſe arbitrarer, eodem modo, ad copioſiorem tabaci uſum confugiens, liberatus fuerim. Tabacum, pro inſigni prælervativo remedio, ſemper habui; ejuſque fumum, in ipſo conceptæ luis principio, mihi aliquoties inſigniter profuiſſe comperi.

Durante hac peſte, mirabantur multi, quomodo fieri poſſet, ut Ego, qui quaſlibet ædes infectas, & omnes ægrotos indiſcriminatim inviſebam, a tanta malignitatis & contagii violentia, non læderer; ac proinde meum vivendi ordinem plurimi diligentiſſime conſiderabant: quem, ut omnibus cognitus eſſe poſſet, hic deſcribam. Omnes animi vehementes motus, quantum poteram, inhibebam, ac fugiebam; intrepidus plane vivebam, nec pericula, nec mortem, nec aliud quidpiam timens; mihi

eodem redibat, ædeſne infectas, aut non infectas, adirem; nec terrori, nec iræ, nec mœrori locum concedebam. Si forte meipſum aliquo modo contriſtatum perciperem (quod, triſti illo tempore, aliquando fieri, non erat alienum) tunc Tribus quatuorve vini hauſtibus aſsumptis, cor exhilarabam; atque ita citiſſime omnem melancholicum luctum fugabam. In victu, utebar cibis euchymis; abſtinendo ſtudioſiſſime ab iis, quos aliis noxios fuiſse animadverteram; quales erant carnes porcinæ, & & haleces. Semel aut bis, in ſeptimana, cubitum iturus, deglutiebam unam aut alteram pilul. ex antipeſtilentialibus noſtris. Potus mihi erat cereviſia ordinaria, ut & vinum tenue album; quo interdum, uſque ad hilaritatem, nunquam ad ebrietatem, utebar. Mane, inter horam quartam & quintam, ægros inviſurus, nihil omnino aſsumere poteram (quod tamen ipſemet valde improbabam) nec cibi, nec potus, nec medicamenti, ſed ad omnia nauſeabam; Ac proinde, præmiſſis piis precibus, Me, Meamque ſanitatem Deo Opt. Max. commendabam. Et ſolummodo aliquot

aliquot grana cardamomi min. maſticando, jejunus primos ægros inviſebam, uſque ad horam ſextam. Tunc, vel Theriacæ, vel diaſcordii, pauxillum, vel corticem aurant. Conditam, vel utplurimum rad. helen. condit. tria quatuorve fruſtula aſſumebam. Poſt horam ſeptimam, fruſtum panis, cum butyro, & caſeo ovillo viridi jentabam, ſuperbibendo hauſtum cereviſiæ, inter octavam & nonam; ſæpe quidem, ſed tamen non quotidie: data occaſione, hauſtum vini abſinthitis bibebam; circa decimam, ſi per otium liceret, fiſtulam unam tabaci exſugebam. Statim, poſt prandium, duas treſve fiſtulas ſumebam; nec pauciores, poſt cœnam: ſæpe etiam intermediis horis, poſt meridiem, hic illic, ubi occaſio dabatur, adhuc duas treſve fiſtulas ſumebam. Si vero, ab ægrorum fætore, me vel tantillum alteratum ſentirem, ſtatim, poſtpoſitis omnibus negotiis, qualicumque diei hora foret, duarum triumve fiſtularum fumum ſuctione trahebam. Ut verum fatear, Tabacum, pro primario præſervativo, in peſte, ſemper habui; Nec aliud melius, pro ordinario uſu, ha-

hactenus inventum fuisse existimo; dummodo illud sit melioris notæ. pag. 777. & 778.

Pro Philtris.

Urina equina, pro philtris, optimum medicamentum. pag. 791.

Pro Phthisi.

Decoctum santal. citrini, pro phthisi, optimum remedium. Ita paratur.

Recipe aq. cichor. acetos. an. lib. 4. santal. citrin. minutim concis. unc. 4. f infusio, per unum diem, Deinde, decoq. in B. M. ferventi, obturato vase, per 3. horas. Postea refrigeretur, & colatur. capiat, e colatura, quovis mane, unc. 3. & bibat, per 40. dies. Solet enim præcavere fluxiones, ad pulmones. pag. 801.

Saccharum rosac., ad idem, valet. pag. 801. 803. 808.

Pulvis haly, qui ad tabem inscribitur, in usum, ducatur. pag. 802.

In phthisicis, summopere commendatur lac muliebre. pag. 803.

Decoctum guaiaci mire conducit, in phthisi curanda. pag. 805.

Puella

Puella phthiſica, & plurimum emaciata, ex conſilio medici, ſolis paſſulis victitavit, cum pane, comeſtis; &, pro potu, utebatur decocto hord. & liq. ſicque. intra 8. menſes, reſtituta eſt optime, & probe impinguata. pag. 805.

Quercetani ſyrupus ex hederæ terreſtris ſucco, cum ſacch. roſ. multum, ab eo, commendatur, in phthiſi curanda. pag. 807.

Pilulæ Ruffi, a nonnullis, commendantur, tanquam efficaciſſimæ, ſumendo ſcrup. 1. ſingulis diebus. Sed, in ſequentem modum, paratæ, mirabiles edunt effectus.

Recipe maſſ. pil. *Ruffi* unc. 1. antimon. diaphoretic. & gummi guaiac. an. unc. ſſ. cum balſam. peruvian. f maſſa. de qua, capiat ſcrup. 1. per menſem integrum. pag. 807.

Bellis major, cum fol. & fl. in zythogalla decocta, & pota, adverſus phthiſin, aſthma, & orthopnœam, ſingulare remedium cenſetur. pag. 809.

D. *Robertus Boyle*, lib. 2. de utilitate philoſoph. experimentalis. ſect. 5. cap. 6. pro phthiſi, & tuſſi, plurimum extollit balſamum ſulphuris craſſum; quod ita fit.

Recipe fl. sulph. unc. ff. ol. olivar. vel nucum, vel papav. alb. unc. 2. ff. bulliant, in vase vitreato semi pleno, igne convenienti adhibito, continuo spatula agitando; ut rite dissolvantur flores, & sanguineam rubedinem acquirat mistura. Horulæ spatio paratur, exhib. mane gutt. aliquot cum sacch. rosac. pag. 808.

Rusticus quidam *Fisensis*, sputo purulento oppressus, ab anili vetula, hoc tandem accepit remedium.

Recipe cerevis. communis lib. 4. pic. liquid. & butyr. rec. an. lib. 1. coq. simul. de hoc, ebibat mane unc. 8. & tantundem hora 5ta vespertina, per quatriduum. enormes successerunt vomitus; hinc, rupto abscessu, sanus evasit. pag. 809.

Pro Pleuritide.

Licet multi aliter sentiant, semper mittendus est sanguis, ex latere affecto. pag. 814.

Vulgus, pro singulari remedio, in pleuritide, aquam, cui cultrum, quo laniones animalium guttura solvere solent, per aliquot horas imposuerunt, exhibet. pag. 814. Su-

Sutor quidam juvenis, & bilioſus, pleuritide laborans, poſt multas phlebotomias, aliaque remedia ordinaria, die 5to ſumpſit pomum, coctum cum drach. 1. thuris, ſuperbibendo aq. card. bened. unc. 4. ſudavit parum; ſine febris imminutione, ſequenti die, multum ſudavit; & inde convaluit. pag. 814.

Fuligo camini, ad drach. ſſ. cum aqua card. ben. commendatur, in pleuritide. Sed multo magis ſpiritus fuliginis. pag. 815. 817. Ut & ſanguis hircinus, ſecundum *Helmontii* præparandi modum, aſſumptus drach. 1. pondere, confeſtim ſopit, & curat pleuritidem, abſque venæ ſectione; nec te deſeret unquam. pag. 815.

Vinum, in hoc affectu, eſt merum venenum. pag. 819.

Ego teſtari poſſum (loquitur *Phrygius*) aliis non neglectis remediis, ſæpiſſime uſum fuiſſe, urgente dolore, oleo, ex ſemine lini puro, ad unc. 6. cum evidentiſſimo ægrotantium commodo. Nec mihi id remedii genus unquam fuit ſuſpectum; etiam cum valida febre, vigente dolore, poſt iteratas ſanguinis evacuationes. Et qui hoc medica-

dicamento utentur tempestive, videbunt admiranda. Quantitate moderata, pro ægrótantium captu. pag. 819.

Medicamento, ex stercore equino, tantopere, ab *Helmontio*, in pleuritide, decantato, diu antequam ejus sunt edita scripta, familiariter, in pleuriticorum solatium, utebatur Clarissimus D. *Ruthenus* nostras, Medicus experientissimus; in hunc fere modum.

Recipe stercor. equi, non castrati, avena & pisis nutriti, q. s. infund. in vini alb. vel cervis. q. s. exprimatur. Bibat mane cyathum, per aliquot dies. pag. 820. vide pag. 816.

Administretur, cum jure, aut aliquo convenienti liquore, stercus columbinum, in pulverem redactum, drach. ss. pondere. Est hoc pleuritidi remedium optimum; Et, apud Magnates aliquos, inter secreta Principalia, celebratur. pag. 816.

Pro *Podagra*.

Cuidam podagrico, post universalia, viscum quercinum, in cervisia communi, decoxi; & colaturam, panno lineo intinctam, loco affecto, imposui: quo

solo

ſolo remedio, dolor ſedatus eſt. *Jodocus, Philippi* Regis, Chirurgus, ſaponis nigri unc. 1. cum vitello unius ovi mixtam, applicabat Podagricis & Chiragricis, miro ſucceſſu, cum ſtupa: &, per 3. dies, non removebat. pag. 823.

Caryocoſtinum præſtantiſſimum eſt medicamentum in Podagra. 828.

Pro Rachytide.

Optimum eſt Medicamentum, & potens, ſpecificum Ens Veneris; quod ſic fit.

Recipe Vitrioli *Gedanenſis* optimi (ſi *Hungaricum* haberi nequit) q. v. calcinetur, ad obſcuram rubedinem; tum, frequenti affuſione aquæ calidæ, ablatis ita ſalinis particulis, exacte dulceſcat. ſiccetur quam optime; &, in tenuiſſimum pulverem redactum, cum æqua portione purioris ſal. armoniaci, ſubtiliter pulveriſati, exquiſite miſceatur. Miſtura ponatur, in vitream retortam, 3tiam partem ea plenam. Sublimetur in B. arenæ dando ignem, per gradus; ut a. e. per 10. vel 12. horas. Sub finem, ita augendo, ut fundus retortæ, (ſi fieri poſſit) plane excande-

scat. Sublimatum exemptum nisi fuerit satis flavum, sed aliquomodo pallidum, capiti mortuo commissum, & cum eo probe commixtum, denuo sublimetur. Luteo demum debitoque colore imbutum, rursus semel, sed per se, exaltetur. Dosis est, a 2 vel 3 granis, ad 10. vel 12. (aliquando, in robustioribus, ad 20. vel 30.) in aqua destillata, vel tenui cerevisia. quovis tempore, dummodo vacuus sit ventriculus, exhiberi poterit. Ego tamen, ut plurimum, hora decubitus, propino. Operatur [quando sensibilis est operatio] per sudorem; &, aliquo modo, per urinam. Plus quam 100. pueruli, rachitide laborantes, de quorum maxima parte conclamatum fuit, hoc solo exaltato colcothare, curati sunt. In febribus etiam, aliisque morbis, ad conciliandum somnum, utiliter exhibetur. pag. 847.

Pro Salacitate.

Præmissis universalibus, & diæta præscripta, sobria & tenui, his non proficientibus, in mentem venit, quod olim *Patavii*, ab excellentissimo *Pravotio*, audieram, Nephriticum quendam, a diuturno

turno nitri præparati uſu, a renum calculo, perfecte liberatum: ſed, poſtea, ad rem veneream, prorſus inhabilem redditum. Feci periculum, &, ſingulis matutinis, & veſpertinis, nitrum, in aqua nymphææ, ſolutum, exhibui; cujus uſu, diebus circiter 30. continuato, adeo deferbuit, ut uxori vix ſufficeret. Dignus ſane, qui, *Meſſalinæ* temporibus, vixiſſet. pag. 859.

Pro Scabie.

Adoleſcens quidam fœda ſcabie torquebatur; a qua liberari nequiverat, venæ ſectionibus, & purgationibus multis, intra 6. menſes, per intervalla, uſurpatis; tandem, ei exhibetur Mercur. d. ſcrup. 1. cum diagridii ſcrup. ſſ. quibus optime purgatus eſt, &, a fœda illa ſcabie, intra paucos dies, liberatus. pag. 867.

Pro Scorbuto.

Mihi (*Timæus* loquitur) longo uſu, probata ſunt, quæ ſequuntur.

Recipe ſuccor. rec. expreſſ. cochlear. lib. 1. naſturt. beccabung. aa. lib. ſſ. ſucc. fumar. cichor. acetoſ. an. unc. 5. m. præcipitentur, cum ſucco citri.

Recipe herb. rec. cochlear. naſturt. aq. an. m. 2. beccabung. acetoſ. an. 1. Contund. in mortar. lapid. affund. vini rhenani, in quo radices armoraciæ recens teſſulat. inciſæ, per triduum maceratæ ſint, lib. 4. ſtent infuſa, per diem & noctem. Poſtea exprimantur fortiſſime, & colentur, add. ſucci citri rec. unc. 4. ſacch. parum. doſis, ab unc. 3. ad unc. 6. pag. 875.

Cum quidam oras *Groenlandicas* luſtraſſet, didicit, inquilinum remedium Scorbuti, quo *Groenlandi* tanta vehementia infeſtantur, ut omnis membrorum motus ipſis denegetur; nimirum cochlear. & acetoſam ita copioſe in inſulæ urſorum monte provenire vidit, ut greſſus viatorum impediant; ſed ſemper junctas has plantas eſſe & vicinas: quia ſeorſum ſumi non debeant, ne ſingulæ, per ſe ſumptæ, detrimentum afferant. Modus utendi eſt, ut cum rangiferorum, vel avium carne, & his herbis fiat juſculum. Unde inſigne alimentum medicamentoſum emergat, cujus eſu ita laxari alvum, evacuatis humoribus corruptis, ac ſi medicamentum catharticum hauſiſſent; mox-

que,

que, quasi renatos, convalescere, pag. 876.

Pro Scrophulis.

Quantam, Scrophulis laborantibus, opem ferat Paronychia fol. rutac. (quæ *Bauhino* est sedum tridactylites) luculenter ostendit Nobilis *Rob. Boyle*, tractatu suo aureo, *de Utilitate Philosoph. experimental.* ubi refert, se juvenem quendam vidisse, hoc morbo graviter afflictum, sine dolore, pauciscque diebus, beneficio hujus plantæ, in cerevisia infusæ, quam optime curatum; sine ulla sensibili evacuatione. humorem peccantem consumit, dolores sedat, discutit tumores, & ulcera sanat. pag. 881.

Pro Singultu.

Quidam, post febrem continuam, &c. incidit in Singultum; huic, cum, ab omnibus, pro deplorato haberetur, decoxi semina anethi, carvi, portulac. & papav. alb. in cerevis. tenuiore; ex quo decocto, unum tantum cyathum bibens, miraculi instar, a singultu, liberatus est. Alius laborabat singultu,

per triduum, pro quo, Medicus quidam decoxit m. 1. sem. aneth. in nodulo ligati, in pintis duabus cerevisiæ, quam æger bibebat calide. Stomacho applicabat sequentes sacculos calidos.

Recipe fl. chamæm. melitot. aneth. an. m. 1. origan. calamenth. rutæ, an. m. ſſ. incid. f sacculi duo. Quibus remediis, cessavit singultus. pag. 888.

Pro Stomachi dolore.

Vir quidam, Stomachi dolore vehementi laborans, cum illi decoctum fl. chamæmel. in cerevis. communi præbuissem, emissis ructibus, & in sudorem solutus, incantamenti instar, omnis dolor evanuit. pag. 899.

Pro Stranguria.

Nihil æque juvit; ac decoctum malv. cum syr. viol. pag. 901.

Pro Strumis.

Recipe fol. lamii albi m. 1. calefiat, inter duos lateres calidos, & tumori applicetur; eum, unius noctis spatio, ut plurimum aperit: flores digitalis in empl. reductum, cum butyro Mayali, hic plurimum confert, pag. 905.

Pro

Pro Tabe.

Tabem, a glandulis Meſenterii, nimium turgeſcentibus, advenire, mortemque cauſare, ſequens hiſtoria oſtendit.

Infantula quædam, hujus Urbis, duorum circiter annorum, plurium menſium ſpatio, indies contabuit, licet ſtomacho ſatis valeret, & conſueto more alimenta ſumeret; cum interim alvi fluxu, quaſi cæliaco, continuo laboraret: Fatiſcentibus tandem viribus, ob debitam corpori denegatam alimoniam, occubuit. Parentes, ut mortis dilectæ filiolæ cauſa melius innoteſceret, obnixe rogarunt, ut me præſentem exhiberem, dum aperiretur cadaver. Quorum votis annuens, detractis tegumentis ventris communibus, cum peritoneo, invenimus, in meſenterio, innumeras glandulas, mirum in modum turgidas, & duriuſculas; ita ut multæ nucis avellanæ, ſed plures juglandis, magnitudinem exæquarent: A quibus, obſtructo Chyli, in ſuum receptaculum, tranſitu, corporeque ſic ſucco nutritio defraudato; non mirum, ſi Tabes primum,

mum, omni artis præsidio irreparabilis, fluxu comitata cæliaco, tandemque dura mors & inexorabilis succesſerit. pag. 919.

Pro Tussi.

Plumeam pellem Cygni, pellicea industria elaboratam, & adaptatam, præsentaneum esse remedium, in Thoracis affectibus, & Tussi, sæpius observavi. pag. 936.

Pro Tussi Kinckhoest.

Succus pulegii, cochlearis unius mensura, admixto sacchari tantillo, pueris exhibitus, efficaciſſimum est remedium, adversus tussim illam clamosam, *Chincough* dictam. pag. 939. vide pag. 29. hujus Brev.

Pro Variolis.

In Variolis, ante eruptionem, sanguinem esse mittendum, affirmant uno ore medici fere omnes; si scil. ingens fuerit febris incendium, nimiaque sanguinis effervescentia; Levata enim, vena secta, natura, quo, tanquam sarcina, opprimitur onere, facilius & felicius materiæ morbi.

ficæ aggreditur, ad partes extimas, protrusionem. Hanc praxin, tum recta Ratio, tum multiplex Experientia, confirmat: In omnibus, curæ meæ commissis, salutiferam semper comprobavi. Immo, huic præcipuo generoso remedio, acceptam sanitatem, sub Deo, referendam judicavi. Nequaquam, ut falso creditur, necessariam sanguinis impedit, imo verius nimiam ejus compescit ebullitionem; ita ut, phlebotomia præmissa, potius quam præterita, felicius procedat Variolarum eruptio. Mirari nondum desino, undenam tantum, in venæ sectionem, vulgi animis, præjudicium subortum. Quo fit, ut, famæ suæ nimium consulentes, vix ausi sint Medici, in Variolis, pertundere venam. Cum tamen omnes fere, omnium Nationum, Medici, qui scriptis orbi inclaruerunt, magnum hoc βοήθημα, in hoc affectu, summis laudibus reliquerint commendatum. pag. 941.

Pro Ventriculi attritione.

Galenus hunc casum ponit, libro *de Præcognitione*, qui contigit filio Regis; incurrebat statim, a cibo assumpto, in

lentissimum frigus, cum maxima contractione pulsus, & coarctione Anhelitus; dicentibus aliis Medicis, esse principium febris, *Galenus* negavit. Rogante patiente, quid esset? Respondit, consuevit stomachus tuus conteri a cibo assumpto converso in phlegma, ante excretionem. Petiit patiens, quid agendum esset? Respondit, si esset alius, exhiberem vinum, cum pipere; sed, in vobis principibus, securissimis auxiliis consueverunt uti Medici. Sufficit ergo Nardino unguento lanam intingere, & ori ventris applicare, pedibus calefactis. Recedentibus medicis, Pitholaus vinum Sabinum attulit, piper immisit; pedibus calefactis, apposita lana, in oleo nardino infusa, calida, super os ventris. Bibit æger, & statim sanatus est. Nobilem quendam, & mulierem, simili morbo laborantem, iisdem remediis, statim sanavi. pag. 947.

Pro Ventris doloribus, in Gravida.

Quando prægnanti accidit dolor imi ventris, & renum, ita ut de abortu hæsitet; scinde panem magnum, secundum latus, & calefac medietatem, ad ignem;

ignem; & infunde, in malvatico, vel optimo vino calido. Deinde, aſperge pulverem caryophyll. & calidum liga, ſupra umbilicum; ſtatimque dolor ceſſabit. pag. 951.

Pro Vermibus.

Infans quidam, 2. annorum, vermibus laborabat; poſt alia remedia, tandem pulverem c. cervi uſti, paſſulis exacinatis impoſitum, continuo devorabat: atque ita, dulcedine paſſularum, allecti vermes. Hoc ſolo remedio continuato, dictu Mirum, ultra 100. vermes, per alvum dejecit. Et, ventre inuncto, oleo coton, & abſynth. pulv. c. cervi uſti immixto, & exigua cera adjecta, a Vermibus, modo vivis, modo mortuis, exeuntibus, tum a fluxu alvi, & febre, liberatus eſt. Sal deglutitum accedentes vermes, ad ſtomachum, pellit. pag. 954

Inter omnia, potior mihi eſt Mercurius d. quo, in hac civitate, mirabilia præſtiti, in plurimis ægrotis; ita ut nunc nullo alio vocetur nomine, niſi pulvis meus. Jubeo, pro adultis, 12. grana, aut 14. ad ſummum, miſceri,

cum 3. aut 4. aut 6. granis scammonii præparati: quæ, syrupo, ad rem accommodato, accepta, ex cochl. sumuntur. Sorbendo jusculum, post duas horas, non expectata ventris dejectione, ut in aliis purgantibus, propter Mercurii volatilitatem, qui, sumpto jusculo, deprimitur, inferiora petens. Vocatus, a quibusdam mulieribus, ut juvenem, 15. annorum, ad extremum vitæ subitò redactum, invisérem, intrans cubiculum, inveni quasdam ex iis flocculum lanæ bene carptæ naribus & ori admoventes; alias vero, candela cerea accensa, periculum facientes, an adhuc spiritum duceret. Accedens propius, ad ægrotantem, etiamsi pulsu careret, agnovi tamen nondum esse mortuum. Percontans igitur, quid rei esset? & quonam morbo laboraret? Responderunt, Nullo. Hoc responso, arbitratus sum juvenem, in hoc vitæ discrimen redactum esse, a Vermibus: nam, de veneno, nulla erat suspicio. Ideo jussi pharmacopœo, ut, nulla facta mora Mercurii d. gr. 12. & diagridii gr. 4. ex cuspide cochlearis, cum aqua portulac. aut ptisana, in guttur, subi-

ro

to immiteret! ita ut liquor raperet pulverem. Cum autem nullum deglutiendi motum haberet ægrotans, retulit mihi pharmacopœus, totum, ſupra linguam, remanſiſſe pulverem. Imperavi itaque, ut argentum vivum, piſi magnitudine, propinaret, ex cochleari, cum lacte; aſſerens hydrargyrum viam adſtomachum inventurum, etiamſi nullus fieret motus deglutiendi: quo optime peracto, a pharmacopœo, mirandum! poſtridie, a ſumpto hydrargyro, vidi ægrotantem deambulantem, juxta domum ſuam. Cujus rei novitate attonitus, petivi, ab eo, quid, a meo diſceſsu, accidiſset? Reſpondit, ſe 5. aut 6. vermes, per os, ejeciſse: & ita periculum mortis evaſiſse. Lege, apud *Nicolaum Cheneau*, obſerv. 3. & ſeq. pag. 955. & 956.

Pro Verrucis.

Verrucas, Nobilis cujuſdam puellæ, totas manus occupantes, ſola ſanguinis tauri, jam mactati, calidi illitione, ſublatas vidi. Idem etiam ſanguinem cervinum quidam præſtare referunt. pag. 958.

Pro Vertigine.

Decoctum radicum primulæ veris, in zythogalo, aliove idoneo vehiculo, sumptum, singulare est & præsentaneum, adversus Vertiginem, remedium. pag. 962.

Pro Vesicæ Ulcere.

Maxime hic prodest, corpore decenter purgato, lactis potus. Neque scio (inquit *Ætius*) an, post ullum aliud remedium, secundo saltem loco sit habendum; Nam & asperitates lenit, & ulcerationes eluit. Trochiscum unum *Gordonii*, sine Opio, modo in lacte caprino dissolutum, modo in decocto hord. per syringam, injecimus. Potest etiam distemperari unus ponderis drach. 2. cum lacte, & ita exhiberi. pag. 963.

Pro Viperæ morsu.

Quamprimum quis, a vipera, morsus fuerit, celerrime ad locum affectum ferrum candens tam prope admoveatur, quam sufferre poterit patiens; ita enim, vi ignis, extrahetur venenum: quod, ut oculati testes mihi retulerunt, aliquando,

quando, instar luteæ maculæ, ferro adhærebat. D. R. *Boyle.*

Pro Visionis debilitate.

Recipe Macis unc. 1. Euphras. unc. 4. m. f pulvis subtilis. De quo, cochl. ff. semper ante cibum, deglutiatur. Vidi homines decrepitos, ad cæcitatem fere perductos, hoc pulvere, integræ visioni, restitutos. Item, odor Marjoranæ frequens magnum est secretum. pag. 965.

Pro Ulcere.

Novi, qui, in omnibus ulceribus brassica utantur, & bonis ægrorum rebus; nam vetus Roma (inquit *Plinius*, annis sexcentis hac medicina usa est.) Mihi certe ejus vis usu constat. pag. 970.

Ad ulcerum mundationem, ac consolidationem, sæpius, cum admiratione, consideravi balsami sulphur. terebinth. aut anisati effectum laudabilem multisque incredibilem, si ejus aliquid ulceri instillctur, aut illinatur, mox novi puris generatio, ita fuit inde diminuta: ut non raro, hujus unius balsami ope, intra paucos dies, plene curata fuerint,

riut, in mammis, & alibi. pag. 976.

Pro Ulceribus fistulosis.

Juvencula quædam, fistulosis ulceribus, pluribus locis, prorumpentibus, multum debilitata, tandem, brevi temporis spatio, sequentis remedii usu, curata est.

Recipe abſynth. & menth. an. m. 1. milleped. bene contus. [demptis prius capitibus] 300. sacculo omnia includantur; qui suspendatur, in cerevis. tenuis pintis 8. capiat hauſtum, bis terve, in die.

Pro Vomitu Sanguinis.

Rusticus quidam vomitu Sanguinis laborabat, qui nullis remediis, per multos dies, usurpatis, sedari poterat; Medicus, cupiens sanguinem, in ventriculo, collectum educere, per vomitum, qui graviter ægrotantem infestabat, præscripsit ol amygd. d. unc. 2. quibus Vomitus excitatus est, vomuitque sanguinem concretum, simulque hirudinem unam, sese in terra commoventem. Hæc erat causa ignota, & rara, vomitus sanguinis. Retulit postea æger

se,

ſe, in rivulo, aquam bibiſſe, cum qua ſimul hirudinem hauſerat. pag. 983.

Pro Urinæ ſuppreſſione, ex calculo renum.

Cuidam Mercatori, urinæ ſuppreſſione laboranti, ex calculo, ureterem obſtruente, hoc decoctum ſequens exhibui; quod, licet ſecretum ſit, & arcanum, ut vocant, nunc quidem reticere nolo, ob communem ægrorum utilitatem. Tale igitur eſt. *Recipe* ſem. malv. altheæ. an. drach 3. cicer. rubr. unc. 3. ſem. 4. frigid. maj. an. drach. 2. hord. mund. unc. 2. caric. ping. nº. 9. ſebeſt, nº. 7. liq. raſ. drach. 6. m. f. decoctio, in lib. 4. aquæ pluvialis, ad medias; colatura uſui ſervetur; qua continuo utens calculum ſemper excrevit; & urina copioſiſſime effluxit. pag. 986.

Pro Uteri ſuffocatione.

Atriplicis olidæ folia contuſa, cum ſaccharo, conſervam faciunt, hyſtericis utiliſſimam. pag. 999.

Pro Vulnere.

Nuper patefactum eſt remedium ſym-

patheticum, quod sanat eminus. Doctor Theologus quidam mihi retulit, quod cum non posset assequi, subesse in vitriolo vim naturalem sanandi vulnus absens, si linteo cruento adspergeretur, ideoque reputasse, opera diaboli, istam sanationem contingere; ex altera autem parte, vidisse aliquot experientias, a viris probis factas: itaque, in re dubia, & casu conscientiæ, se fecisse experientiam rei, hoc modo. Inspersit pulverem optimi chalcanthi linteo cruento, cum protestatione expressa, se nolle quippiam experiri, aut sanatum iri, si vel minima esset pacti aut cacodæmonis operatio: se vidisse vulnus solito citius sanatum, cruorem etiam statim sedatum; adeoque deinde se credidisse, causas naturales, quamvis nobis ignotas, operari, in præfata sympathetica curatione. pag. 1007.

FINIS.

INDEX REMEDIORUM,

in hoc Opere contentorum.

A.

Abſynthium icterum curans. pag. 67
Abſtinentia a cibo fere totalis, per annum continuata, amauroſin curavit. 6
Agarici proficuus uſus in angina. 10
Agrimonia herba ſuperpoſita bis in die miraculi inſtar quendam curavit maligno cruris ulcere laborantem & brevi. 39
Alvi adſtrictio perpetua per 20. annos. 4
Ambra griſea, cum ovo ſorbili, ſumpta, pro appetentia canina. 12
Aceti uſus, in obeſitate, proficuus. 90. 91
Allium adipe ſuillo contuſum, plantis pedum inunctum in dyſpnæa & aſthmate multum conducit. 44
Allium contuſum, cum ſalis momento & pollici admotum pro dentium dolore. 41
Allium continuo comedens colonus ex hydrope ſanus evaſit. 59
Amati caſus rarus de hæmaptoe. 55

Alkikengi potus pro Ischuria. pag. 74
Affectus hysterici rarus. 65
Æris squamma pro Hydrope. 60
Argentina herba contusa & applicata pro ani intertrigine. 10
Argentinæ folium plantis pedum admotum dysenterias omnes sistere pro arcano habetur. 41
Anguillæ hepar assatum, aliquoties ante cibum sumptum nyctalopiam curans. 90
Aquæ frigidæ potus incantamenti instar colicam bilioſam curavit. 33
Aqua cum argento vivo bullita ad unc. 2. lumbricos certo interimit. 80
Aqua efficax in Gonorrhœa. 53
Aquæ Vitæ Electorum Palatinorum pro Apoplexia & Paralysi, &c. 11
Aqua Quercetani pro Cataracta. 26
Aqua Diemerbroeckii theriacalis in Peste. 101
Aqua theriacalis *Plateri* pro Peste. 103
Aqua Persicariæ distillata quendam vesicæ calculo laborantem curavit. 20
Aqua cui cultrum, quo laniones animalium guttura solvere solent, per aliquot horas impoſuerunt, exhiberi solet pro singulari remedio in pleuritide. 110

Antidotum pro peſte, Deus ſibi ſoli reſervavit. pag. 103

B.

Balaustus ex ſævo hircino cum opio confectus, dolores hæmorrhoidum potenter compeſcit, ſine reditu. 57

Baldus Juriſconſultus a caniculo ſuo in labiis morſus, poſt 4 menſes rabidus periit. 23

Balſamus ſulphuris ad Hæmorrhoidum dolores. 57

Balſamus ſulphuris terebinthinatus, optimum remedium ad dolores coxendicis, ſi paucis ejus guttis pars affecta illinatur. 58

Balſamus ſulph. craſſus pro phthiſi curanda. 109

Betonica multis modis uſurpata, in arthritide utilis. 15

Borax præparatus pro fœtu mortuo ejiciendo multum commendatur. 52
Non minus commendatur in partu difficili. 97

Burſa Paſtoris contuſa & auribus indita, optimum eſt remedium, ad dentium dolorem. 41

Bezoar lapis multi uſus in peſte & febribus malignis. 102

Buſo-

Buſones vivos quidam commendant, utrinque renibus applicatos, aiuntque per lotium hydropem ſolvere. 65

Buſo diſciſſus & renibus impoſitus, hydropem curat. 61

Butyrum inſulſum in Diarrhœa utile remedium. 40

Bellis major in zythogala decocta, adverſus phthiſin, ſingulare remedium. 189

Balſamus ſulphuris terebinthinatus aut aniſatus pro ulceribus multum confert. 127

C.

Camphora gr. 4. umbilico admovendum in hyſterico affectu. 64

Canis mileſius ventri impoſitus quendam colico dolore liberavit. 33

Candela cerea in guttur demiſſa anginam Amatus in quodam curavit. 8

Capparum eſu continuo curata eſt quædam a lienis tumore. 75

Carcer & victus parciſſimus arthritidem curans 16

Cataplaſma pro angina præſtantiſſimum. 8

Cataplaſma ex farina fabarum in oxycra-

to

to cocta mammæ inflammationem curans. 83
Cantharidum granum unum cum ſucco millepedum pro Iſchuria. 73
Cataplaſma ex medulla panis albi in lacte decocti, add. oleum roſaceum & vitellos ovorum ad hæmorrhoidum dolores commode uſurpatur. 58
Caſtorei uſus aſſiduus in hyſterico affectu multum conducit. 64
Cataplaſma pro lumbricis. 80
Caules rubri apud ignem calefacti & locis affectis impoſiti, butyro rec. prius obliniti, arthriticos dolores ſæpius levant. 13
Calculi 150. in renibus D. de *Aldegundis* reperti, qui nunquam cum viveret de ullo nephritidis ſymptomate conqueſtus fuerat. 89
Cereviſiæ decoctum cum radice lappæ epotum ab arthritide liberat. 13
Cereviſia cui dauci ſemen incoctum eſt a calculi doloribus liberat. 19
Cepa alba ſub cineribus cocta & cum butyro rec. ſubacta, pro hæmorrhoidum dolore. 57
Cingulum ex corio equi marini geſtatum ab abortu præſervat. 3

Chordæ umbilicalis ſumma brevitas abortus cauſa. 3
Cineres, ſtercoris murium, cum vino cocti, pro ani condylomatibus. 10
Clyſter mirabilis ad alvi fluxum cholericum. 5
Clyſterum uſu quædam nutrita 33
Clyſter emolliens & carminans cum aqua benedicta optimum pro Colica remedium. 34
Cochinilla in vino rhenano aſſumpta pro Urinæ ſuppreſſione a calculo, magnæ efficaciæ eſt medicamentum. 20
Cochleæ cum teſtis contuſæ, plantis pedum applicatæ, excitato ſudore, a febre maligna liberant. 49
Coralliis rubri grana 10 ex materno lacte infanti primum nato exhibita, ante omnem cibum efficiunt, ne unquam in vita epilepſia corripiatur. 46
Columbæ Sylveſtres præcipue ad paralyſin commendantur. 56
Corpus lacerare urticis pungentibus remedium ſingulare in paralyſi. 96
Cranium perforatum, undecimo morbi die cum ſucceſſu obſervatum, in ſexagenario. 39
Cratonis Emulſio Margaritarum pro melan-

lancholia. pag. 84
Cortex berberis, in vino infusus, in ictero, proficuus. 68
Crocus metallorum, aqua euphrasiæ immixtus, optimum collyrium, in ophthalmia. 92
Corallina herba optimum remedium, contra vermes. 81
Cucurbitulæ, coxæ appositæ, pro ischiade. 73
Cornu cervi, ustum pulveratum, passulis impositum, contra vermes, maxime juvat. 123
Caryocostinum, præstantissimum remedium, in Podagra. 113

D.

Decoctum sem. anethi carvi portulac. & pap. alb. in cerevis. tenuiore, in singultu, multum utile. 117
Decoctum fl. camom. in stomachi dolore, proficuum. 118
Decoctum fl. camomill., in Colico dolore optimum remedium. 33
Idem remedium, pro doloribus a partu. 98
Decoctum corticum aurantiorum, ad

menſes, nimium fluentes, a *Septalio* multum commendatum. 87
Decoctum fol. cydon. in amauroſi, mire prodeſt. 6
Decoctum Foreſti, in calculo renum, optimum remedium. 19. & 129
Decoctum, pro hydrope. 62
Decoctum, icterum curans. 67
Decoctum, eupatorii canabini, icterum feliciter curans. 68
Decoctum raparum, cum butyro & ſaccharo, ad catarrhi curationem, multum juvat. 27
Decoctum ſarſæ, præcipuum alexiterium, luis Venereæ. 78
Digitus immiſſus in aurem felis, in paronychia, juvat. 96
Doringii pilulæ, pro arthritide. 14
Diemerbroeku modus vivendi, tempore peſtis. 106
Decoctum guaiaci mire conducit, in phthiſi curanda. 108
Decoctum ſantali citrini, in phthiſi, optimum remedium. 108
Decoctum cereviſiæ, picis, liquidæ, & butyro, phthiſin, cum ſputo purulento, curavit. pag. 110

Decoctum malvæ, cum syr. viol. in stranguria multum juvans. 118
Decoctum primulæ veris optimum remedium, adversus vertiginem. 126

E.

Elaterium, in hydrope apprime idoneum. 68
Electuarium caryo costinum, in arthritide, mirabile remedium. 13
Emeticum validum, asthmaticis proficuum. 17
Emeticum, proficuum pro cicutæ veneno. 32
Enema, ex jusculo, cum alkerm, &c. pro Cholera morbo. 30
Emplastrum diachalcitid., pro arthritide. 14. 16
Emplastrum de *Villanova*, contra hernias, optimum remedium. 59
Emplastrum Hildani, in coxæ luxatione. 38
Emplastrum D. *Salieni*, pro Epilepsia. 45
Empl. de succino Cratonis, pro Epilepsia, multum commendatur. 46
Epicarpium, pro febre quotidiana. 51

Euphorbium, in carie ossium, maxime juvat. 26
Idem, præstantissimum remedium, in fistula lachrymali. 51
Emplastrum, pus attrahens, in pectoris abscessu. 99
Ens Veneris, optimum & specificum est medicamentum, in Rachytide. 113

F.

Fel catelli lactentis, cum tantillo aquæ fl. tiliæ, specificum est, contra epilepsiam. 46
Filum purpureum, quo viperæ strangulantur, pro angina, si intorta fila collo circumligentur. 9
Fotus, calidi cineris, maxime laudatur, in pernionibus. 100
Fonticuli, in cruribus & brachiis, optimum sunt præservativum, pestis tempore 100
Fumi ductio tabacci, optimum præservativum, in peste. 104. 105
Folia hederæ, contusa, extrahunt clavos pedum. 33
Fonticuli, in utroque crure, excitati, pro cancro mammæ, erunt maximi usus. 21

Fimus porcinus, in hæmorrhagia narium, naribus objectus, prodeſt. 56
Ibi, alia remedia, contra hunc affectum, videri poterunt.
Fimus equinus, in vino rhenano, infuſus, optimum remedium, pro Iſchuria. 73
Folli fabrili flatus, in ventrem immiſſi, & deſuper clyſtere injecto, curatur iliaca paſſio. 69
Fuligo camini ad drach. ſſ. in pleuritide, commendatur, ſed multo magis ſpiritus fuliginis. 111
Ferrum candens, curat morſus viperæ; ſi celerrime ad locum affectum tam prope admoveatur, quam ſufferre poterit patiens. 126

G.

Gallina guttur, & ſtomachus, pro Lectiuningis. 71
Gargariſma, pro angina, multum commendatum. pag. 8. & 54
Gargariſma, ex lacte caprino & aq. plantag. miraculi inſtar, in morbillis profuit; guttur præcipue infeſtantibus. 89

Gingiberis fumo, per anum, in ſella perforata, recepto, dyſenterici ſæpe curantur. 42
Pulvis de *Gutteta* ad drach. 1. cum pauco lacte, ab epilepſia præſervat. 47

H.

Hedera terreſtris ſuccus, naribus attractus, cephaleam vehementiſſimam curat. 29
Hyoſciami folia, ſoleis pedum adhibita, pro hydrope. 61
Hyſtericum emplaſtrum; pro affectu hyſterico, 63

I.

Jaſpis rubra. femori alligata, menſes, nimium fluentes, ſiſtit. 87
Infuſio fl. lavendulæ, in vino aduſto, vel ſublimato, ad paralyſin linguæ, proficua. 96
Iracundia vehemens, paralytico, quandoque ſalutaris. 95
Infuſum, pro inappetentia. 72
Infuſum, pro Ictero, proficuum. 67. 68
Jecur anguillæ, ad partum difficilem. 97

Juglandis juli, in pulverem exſiccati, & contuſi, nihil præſtantius, in uteri ſtrangulatu. 64

Julepus Frederici Deckers, pro Epilepſia. 45

Julepus, ejuſdem *Deckers*, pro febre intermittenti. 50

Julepus Riverii, in febre maligna, cum vermibus. pag. 49. & 50

Julepus alius *Riverii*, pro febre tertiana intermittenti. 50

Julepus *Riverii*, pro affectu hyſterico. 63

Infuſum Timæi, pro ſcorbuto. 116

Illitio calidi ſanguinis tauri Verrucas, totam manum occupantes, certo curat. 125

Infuſum abſynth. & menthæ, cum 300. milleped. in cereviſia, pro Ulceribus fiſtuloſis, confert plurimum. 128

L.

Lactis potus, in arthritide; utiliſſimus. 13

Lac muliebre, in phthiſicis, multum commendatur. 108

Lapides, ætites, lazuli, jaſpis, juvare creduntur contra abortum, brachiis alligati. pag. 2

Lamina plumbea, argento vivo oblita, pro cancro non ulcerato, non contemnendum remedium. 22

Lamii flores albi, ad fluorem album absumendum, multum celebrantur. 52

Lapathi radix contusa, & super dentem dolentem imposita, ilico dolorem sedat. 40

Lapis bezoardicus nullius usus, in febre maligna. 49

Lapis osteocolla singulari virtute præditus est, in fracturis curandis. 53

Laryngotomia, pro angina utile, & expertum, remedium. 9

Lauri folia viridia contusa, pro apum ictu, applicata, mire conducunt. 12

Lauri folia, super quæ porcinam pinguedinem de alto cadere facies, donec in cinerem vertantur, eo cinere pinguedine obvoluto, combustam partem inunge, bis in die. 7

Laudanum, multi usus, in catarrho ferino. 28

Limatura Chalybis, in hepatis obstructione. 59

Linaria, cum fl. contusa, & cum adipe porcina cocta, applicata, dolores hæmorrhoidum, ad miraculum sistit. 57

Liquorem, e cortice betulæ vulneratæ, contra lithiaſin, Principes *Germaniæ* quotannis bibunt. 21

Lotio, contra achores. 3

Lutum, quamprimum impoſitum, contra ambuſtionem, facile & optimum eſt remedium. 7

Lupi inteſtinum, pro Colica, præſtans remedium. Ut & ſtercus lupinum. 34

Lactis potus, in Veſicæ Ulcere, maxime prodeſt. 126

M.

Mador, effluens ex ovo, dum aſſatur, cicatricem, in facie, optime tollit. 30

Magnes, ſuper umbilicum poſitus, in Colica, ſpecificum remedium. 35

Medici Campenſis cura, pro Arthritide vaga, ſcorbutica. 16

Medicamentum, ad frangendum calculum. 20

Meliſſa viridis, cum borragine, contrita, regioni cordis admota, cordis palpitationem, incantamenti inſtar, curat. 37

Mercurius d. in Dyſenteria, optimum remedium. 43

Meſpila immatura, comeſta, in maxima copia, diarrhœam ſæpe curarunt. 40
Mica panis toſta, & oleo olivarum irrorata, & mane deglutita, hoc facili remedio, alvi pigriores benigne excitantur. 4
Mariæ Reginæ de Medicis, contra calculum, remedium. 35
Mercurius d. plurimum profuit, in obæſitate. 91
Mercurius crudus, in potu, exhibitus, cum vino Hiſpanico. præſentaneum, in ileo, remedium. 69
Mercurius d. ad lumbricos. 80
Medicamentum jucundum, & facile, contra menſium fluxum immodicum. 86
Mictio, ſuper ſtercus equinum rec. egeſtum, ab ægro facta, ſanavit plures ictericos. 69
Muſtelæ ſanguis, præparatus, ad Epilepſiam, egregie confert. 44
Mynſicht emplaſtrum, de ſpermate ceti, pro mammarum tumore, ex lacte retento. 83
Mercurius d. ſcabiem curans. 115
Item, contra Vermes, mirabilia præſtans. 123

N.

Nicotiana, mira vi prædita eſt, ad dolorem dentium curandum. 41
Nucum avellanarum, continuus uſus, calculoſos liberare ſolet. 19
Nicotiana, optimum præſervativum, in peſte. 104
Nitrum præparatum, per 30. dies exhibitum, bis in die, ſalacitatem in quodam, perfecte curavit. 115

O.

Oleum amygd. d. rec. & ſacchari aliquid, cum pulvere dentis apri, præſentiſſimum, in angina, & pleuritide, remedium. 9
Oleum buxi, pro dentium dolore, præſtantiſſimum remedium. 40
Oleum ſem. lini optimum, in pleuritide, remedium. 111
Oleum raparum, pro aphthis, optimum remedium. 10
Oleum Scorpionum, in catarrho, pro renum inunctione. 29
Oleum Vitrioli, cum aqua mixtum, dentes dealbat, & a putredine præſervat. 40

Opiata valde efficax, contra abortum. 1
Ovorum testæ calcinatæ, in totali urinæ suppressione, a calculo, omnia medicamenta præcedunt. 20
Oleum, ligni heraclei, multos Epilepticos curavit. 45
Olei succini guttæ 3. cum pari quantitate spir. vitrioli, in aqua betonic. exhibitæ, in paroxysmo epileptico, puerulos statim liberant. 47
Oleum buxi ad idem confert. 47
Os brachii bufonis, ad primum contactum, odontalgiam curat. 41
Ovi candidum, instar aquæ concussum pro Ophthalmia, probatum remedium. 92
Ovum Lombardicum ad instaurandas vires, optimum remedium. 70
Oleum amygd. d., cum vino malvatico, haustum, addendo drach. ff. spermatis ceti, efficax, in colico dolore, remedium. 34
Oleum Camphoræ, ut & terebinthinæ in dolore dentium multum juvat. 41

P.

Paronychia fol. rutac. in cerevisia infusa, optimum, in scrophulis, remedium. 117
Panniculi linei calefacti, qui maduerint in aq. scabiosæ calente, in quo sapo albus fuit dissolutus, & in umbra exsiccati sunt, probatum remedium, pro Erysipelate. 48
Passerum, & columbarum, esus, visum mirifice tuetur. 6
Passularum usus, in atrophia, proficuus. 18
Pilulæ Faventini, pro catarrho salso. 28
Pilulæ de succino *Cratonis*, ad catarrhum, summe utiles. 27
Pilulæ Rudii, ad capitis dolorem, multum conducunt. 25
Pilulæ lunares, D. *Rob. B.* in hydrope. 60
Pilulæ Bontii hydropicæ. 61
Ejusdem Pilulæ tartareæ, in lienis obstructione. 74
Pilulæ Ruffi, pro phthisi. 109
Pilulæ Heurnii, in mensium suppressione, egregie conferunt. 88
Pinguedo erinacei, in podagra, utilis. 13

Pix Norvegica, in arthritide, multum conducit. 16

Pimpinellæ decoctum, cum aqua & butyro, dyſenteriam certo & cito curat. 42

Pomum excavatum, & cera alba repletum, ignique admotum, donec cera liqueſcat, & ſic eſitatum ante omnem cibum, in dyſenteria, optimum eſt remedium. 41

Portulacæ ſemen, cum lacte ſumptum, in lumbricis multum prodeſt. 81

Pomum aurantium, cum drach. ſſ. croci in meditullio, apud ignem toſtum, & vino albo commiſtum, pro menſtruis ſuppreſſis, optime conducit. 89

Pulvis Anton. Fuſhii, pro Cancris ulceratis. 21

Pulvis Palmarii alexipharmacus, contra rabiem caninam. 22

Pulvis ſecundinæ, in Epilepſia, proficuus. 45

Pulvis, contra abortum, utilis. 2

Pulvis, contra amauroſin. 6

Pulvis, corallii rubri, contra abortum, proficuus. 2

Pulvis, radicis gentianæ, pro cicutæ veneno. 30. 33

Pulvis Haly, a *Valeſco* de *Taranta*, plurimum commendatur, ad Melancholiam curandam. 85
Pulvis paſſavanti. 95
Pulvis, ex ovorum putaminibus combuſtis ad drach. 1 in juſculo exhibitus, pro menſium fluxu immodico. 86
Pulvis utilis, ad partum promovendum. 97
Peſtilentiæ nihil in Peſte, multis remediis. 103
Pulvis, *D. Heſſi*, proficuus, tempore peſtis. 101
Pulvis Haly pro phthiſi. 108
Pulvis D. Wedderburni, contra Epilepſiam, multum commendatur, 47
Pilulæ Hyſtericæ *Riverii.* 63
Potio, hyſtericis convenientiſſima. *ibid.*
Ptiſana laxativa, ad fluorem album, proficua. 52
Pulvis granorum actes Epilepſiam hyſtericam curans. 65
Puleyii ſuccus, cum pauco ſaccharo, efficax remedium, contra tuſſim illam clamoſam *Chincough* dictam. 120
Pulvis, pro immictione in puero, multum conducens. 70. 71
Pulvis agrimoniæ multum laudatur, pro

pro immictione. pag. 70
Placenta roſacea, in ſartagine frixa, cum vino generoſo, & pulv. nuc. moſch. & coriandri conſperſa, contra abortum, utilis. 3
Potio, nunquam fallibilis, pro aſthmate. 17
Potus vini, loco aquæ, ophthalmiam inveteratam curans. 92
Pulvis utilis, in viſionis debilitate. 127
Pulvis ſympatheticus vulnus, eminus curans. 130

R.

Radix contrayervam, in febre maligna, utilis. 48
Radix imperatoria, optimum, in Colica remedium. 54
Radix pæoniæ viridis, & frixa, abepilepſia, liberat. 45
Radix ſylv. roſæ, contra rabiem cammam. 23
Radix plantag. collo ſuſpenſa, capitis dolorem mirifice tollit. 25
Ranæ vivæ, in butyro inſulſo coctæ, pro arthritide, optimum remedium. 15
Ranæ uſtæ pulvis, in collo ſuſpenſus ſac-

culo

culo incluſus, contra abortum, utilis. 2
Raparum uſus, in cibo, acutiores reddit oculos. 6
Remedium D. *Foley* non contemnendum, pro epilepſia. 48
Rhei infuſum, in aq. endiviæ, pro febre, ex obſtructione. 48
Rhei uſus familiaris, a calculo & podagra, præſervat. 18
Rotulæ, ad Catarrhum, utiles. 27

S.

Saliva propria impetigines curans. 72
Succus, ex vervecum cordibus extractus, pro imbecillitate virium. 70
Saccharum roſac. pro phthiſi, optimum remedium. 108
Et in cura Catarrhi. 27
Sanguis ſemper mittendus, in pleuritide, ex latere affecto. 119
Sanguis hircinus præparationis *Helmontii*: in pleuritide, multum utilis. 111
Schænanthus, pro lochiis ſuppreſſis, optimum remedium. 75
Sal deglutitum, pro vermibus. 123
Sanguinis fluxus, ante partum, niſi fœtu excluſo, non ceſſat. pag. 3. & 98

Sal pro amauroſi, quo ova, vel etiam alios cibos, quandoque ſaliat. 6
Sanguinis miſſio, ex ſaphæna, quendam, capitis dolore graviſſimo laborantem, cito curavit. 25
De Saliva, canis rabidi. 24
Saponis Hiſp. drach. ſſ. in lacte cocta, ad epilepſiam, commendatur. 44
Idem remedium, pro ictero. 69
Secundinæ exſiccata, & pulveriſata, menſes, nimium fluentes, ſiſtit. 87
Setaceum, curans ophthalmiam, utriuſque oculi. 92
Setaceum, cervici adhibitum, quendam, ab Epilepſia, curavit. 44
Sectio, venæ frontis, cephalæam feliciter curat. 28
Stercus equinum, pro pleuritide, optimum remedium. 112
Stercus columbinum, ad idem, valet. *ib.*
Succus rutæ, contra vermes, optimum remedium. 81
Submerſione in aqua, maniaci aliquando curantur. 84
Succus urticæ, contra menſium fluxum immodicum. 87
Spiritus Sal. dulcis & armoniaci, magnæ ſunt efficaciæ, in apoplexia. 11

Setaceum acerbum capitis dolorem feliciter curat. pag. 26
In fistula lachrymali optimum remedium. 51
Spiritus Salis & vini in aq. communi tepida, specificum in Colica. 35
Spiritus c. cervi. sal. d. nitri d. & sal. armoniaci commendatur, pro Epilepsia, pag. 44 & pro Convulsione. p. 36
Smaragdus, cum conserva cydon. optimum remedium, in dysenteria venenosa. 42
Succus lumbricorum *Hildani*, in coxæ luxatione, multum ab eo commendatus. 38
Suber combustum, & ejus cinis cum vino exhibitus, in Colico dolore, multum conducit. 35
Suberis lignum combustum, cum vitello ovi, & oleo rosac. linimenti instar, applicatum, dolores hæmorrhoidum, in puerperio præsertim, curat. 57
Syr. Sti. *Ambrosii* hydropicos multos curavit. p. 60. & paralyticos. 96
Succus cepæ multum confert, in ambustionibus. 7

Succus mille dum veram ſuffuſionem brevi fa.. git. pag. 26
Stercus equinum, in aqua papav. rhœad infuſum, in colica, efficax remedium. 34
Syrupus, pro ictero. 68
Syrupus, ex hederæ ſucco, in phthiſi curanda, multum a *Quercitano* commendatus. 109
Syrupus, ex ſimo aſinino, in fluore albo. p. 51. & 52
Idem Syrupus convenit, in hæmaptoe. 55
Succus urticæ mire commendatur, in hæmaptoe curanda. p. 55. & pro hæmorrhoid. nimium fluentibus. 58

T.

Tartari uſus, in ptiſana laxante, pro Hepatis obſtructione. 58
Tabulæ, ad abortum præcavendum, ſumme utiles. 2
Tabulæ, pro Hæmaptoe. 54
Tanaceti ſemen, pro vermibus. 81
Tabacci maſticatio, obeſitatem curans. 90
Terebratio cranii, in pleriſque, cephalæam curat. 26
Teſtes equi, pro fœtu mortuo, multum commendantur. 52

Theriaca vetus cum vino generoſo, & croci modico, cordis regioni illita, palpitationibus ejus, inſigniter ſuccurrere ſolet. pag. 37
Theriaca diateſſaron, pro Paralyſi. 95
Timor repentinus, arthritidem curans. 14
Tinctura coralliorum primas obtinet, ad hepar calidum refrigerandum. 58
Tinctura fl. hyperici, egregium medicamentum, in mania. 84
Transfuſio ſanguinis, maniacos aliquando curans. 84
Trepanatio ſæpius curans melancholiam. pag. 85
Trochiſci Viperini, in febre maligna. 49

V.

Venæ ſectio neceſſaria ſæpe, contra abortum. pag. 1. Etiam ante variolarum eruptionem. 120
Venæ ſectio ſæpe celebrata, maniacam curavit. 83
Vena malleoli, e directo partis affectæ, aperiatur, ad coxendicum dolorem. 39
De Verme Cucurbitino famem inexplebilem inducente; qui, tandem uſu

medicamentorum, excretus est vivens. pag. 48
Verberatio corporis, cum virgulis, ad carnium ruborem, macilentos juvat. 82
Verrucæ equinæ, in furno exsiccatæ, & in pulverem redactæ, & naribus suffumigium fiat, in affectu hysterico, summopere conducunt. 64
Verrucis equinis, in butyro frixis, dein pulveratis, frequenter dysenteriæ curatæ sunt. 42
Vesicatorium amplum, toti capiti applicatum, ab inveterato capitis dolore, liberat. 25
Verbena viridis trita, & collo suspensa, multum confert, ad dolorem capitis curandum. 25
D. *Wedderburni* optima remedia, contra vermes. 81. 82
Vinum absynthites multos dysentericos curavit. 42
Vinum emeticum, in febre tertiana, intermittente, proficuum. 50
Vinum emeticum, in angina, optimum remedium. p. 9. idem remedium valet, in dolore capitis. 25
Vinum euphrasiatum, pro amaurosi. 5
Vinum Emeticum, in febribus curandis,

dis, aliquando prodeſt. pag. 48
Viſcus quercinus, in cereviſia decoctus, in Podagra prodeſt. 112
Unguentum populeum, ad ambuſtiones, utile remedium. 7
Unguentum alabaſtrinum multum conducit, in dolore capitis. 25
Unguentum, contra Achores. 4
Vitelli ovorum indurati, & ſæpius commeſti, caninam appetentiam curant. 12
Vomitus ſpontaneus Chlorotin, in virgine quadam, curavit. 30
Vomitorium, cum aliis remediis quendam feliciter curans, qui opii crudi gr. 31. ſumpſit. 93
Unguentum, pro Ozæna, præſtans. 95
Urina equina, pro philtris, optimum remedium. 108
Unguentum diapompholigos, in cancro ulcerato, maxime confert. 21
Viſci q. pulvis ad drach. 1. in aq. cetaſ. nigr. quandam, ab Epilepſia pene hereditaria afflictam, curavit. 46
Ungula alcis præſentanea vi pollet, adverſus Epilepſiam. 46
Ungula alcis, contra febres malignas. & venena. 49

Unguentum populeum, cum opii modico, pro Hæmorrhoidum dolore. 57
Urinæ propriæ haustus, in Hydrope, confert. 60
Usus pulveris, corticis Peruviani, tertianam, & quartanam certissime curat. 51
Unguenta, pro lue Venerea. 76. 77
Urtica cocta, cum cerevisia, &, cataplasmatis instar, applicata, ischiadem protinus curans. 72
Vinum, cum pipere, assumptum, & Unguentum nardinum, ori ventris applicatum, pro ventriculi attritione. 122

ERRATA,

Nec multa, nec magna, ita corrigat benignus Lector.

Pag. 11. linea 3. *lege* qua pro quibus p. 8. lin 14. pro fumoris *lege* humoris. p. 26. lin. 5. pro Euphorium *lege* Euphorbium. p. 13. lin. 2. pro caryocostium *lege* caryocostinum. p. 84. lin. 2. pro huic *lege* hinc. In Indice. ad literam C. lin. 1. pro admovendum *lege* admovenda. Ad lit. D. lin. penultima. pro butyro, *lege* butyrum.

MVSEVM BRITAN NICVM